10 cantiam, vel mensam meam, & similia. ¶ † Quæro, vtrum legando mensam videatur legare locum: Gl. dicit, qđ non. facit j̃. tit. j. l. librorum. §. chartis. vbi si legatur bibliotheca librorum, ita quod testõr sentit de libris, non cedit armariũ. & ille §. est multum vtilis ad illam materiam. s. qñ testator vtitur nomine, quod põt intelligi de loco, & mercantia, qđ inspiciatur mens testatoris.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Quid si. No. quando testator dixit, lego apothecam meam. & sequitur Bal. in l. in legatis. C. de le. & vide Bar. in l. librorum. §. pe. infra. ti. j. & in l. nam quod. §. j. de pe. leg. & Bal. in l. prædia. C. de fideicom. & Imol. in c. indicante. de testa.

1 *Legatum rerum dotalium valet tanquam legatum rei alienæ, vnde æstimatio debetur.*
2 *Duæ causæ lucratiuæ in eadem re diuersis temporibus concurrere possunt.*

§. Pater filiæ. Si legat pater filiæ res, quas dedit in dotem filiæ, debet̃ æstimatio ipsarũ, & earum, quæ ex his natæ sunt, si sunt dotales: idẽ si res donatæ legent̃ vxori. h. d. sm gl. No. istum nouum casum, & bene. Dy. legit aliter. s. qđ mancipia filiæ non fuerunt data in dotem: sed pater ei donauit, qñ eã maritauit, & sic bene procedit similitudo de reb⁹ donatis vxori ad res donatas filiæ, vt vtroque casu donatio cõfirmetur, & retrahatur quo ad fructus, vñ partus debentur. Dixi in l. sequens quæstio. supra, eo. Opp. sm lect. gl. qđ isti partus sunt viri, l. fructus. s̃. sol. matri. ergo non præstantur vxori Sol. dicit gl. qđ ei præstabit̃ æstima-
a tio, quia testator põt legare rem alienam. Sed ɔ̃ hoc opp. s̃. eo. l. Titia. §. qui inuita. vbi non est verisimile testatorem voluisse grauare heredem duplici præstatione. Sol. ibi testator legauit dotem, tunc hoc legatum habet tale commodum, qđ filia non tenet̃ conferre, l. ea demum. & l. à patre. C. de collat. non autẽ à cõhrde am-
1 plius ɔsequitur, vt d. §. qui inuita. Sed † hic testator legauit res dotales, non dotem, & ideo valet tãquam legatum rei alienæ, vñ æstimatio debetur, vt hic, & etiam qñ solueretur matrimonium, filia recuperabit à viro, sm gl. Hoc idem tenet Ia. de Ar. & Old. & dixi in l. huiusmodi. §. cum pater. s̃. tit. j. Refert ergo, an pater leget res, an dotem. Idem vr̃ in quantitate. s. qđ refert, an leget pater centũ, quæ dedit in dotem, an vero dotem, quæ fuit centum, sm prædicta. Rõ diuersitatis est, quia dos est nomen iuris, vnde nõ potest referri ad aliud, nisi ad illud ius: res verò sunt aliud à dote, licèt sint dotales, vt dixi s̃. in rub. sol. mat. Opp. & reintro gl. ex prędictis sequitur, qđ in eadem re cõcurrũt duæ causæ lucratiuæ, s. quia filia hẽbit ab hærede patris, & etiam à viro solu. mat. Soluit glo. qđ prout habet à viro, non hẽt ex causa lucratiua. vide gl. Ista solu. nõ euacuat contrarium, immo facit illud difficilius. Nam filia non habet à marito ex causa donationis, sed vr̃ habere à patre ex causa lucratiua, l. si. §. si à socero. ver. at si neuter. j̃. de his, quæ in fraud. cred. & sic in eadem re ab eod. concurrunt duæ causæ lucratiuæ. Solu. hic mulier primo consecuta est æstimationem ab hærede patris, & postea rem à viro, quod non est prohibitum. Vel aliter,
2 † hic duæ causæ lucratiuæ cõcurrunt in diuersis temporib. quod non est phibitum, vt dixi in l. Mæuius. §. duorum. s̃. eo. probatur in l. existimo. j̃. de verb. ob. ¶ Opp. ex gl. cum patri competebat actio ad res dotales, vr̃ legare ius, quod habebat in re, vel pro re, vt supra, ti. j. l. si domus. §. fi. & l. apud Iulianũ. §. si Titius. So. hoc ideo, quia morte patris illud ius consolidatur in filia, l. j. §. videamus. C. de rei vx. acti. ergo non vr̃ pater filiæ illud legare, cum sibi debeatur, & ideo puto, qđ si pater fuisset stipulatus sibi in dotem, ita qđ in filia non deberet consolidari, tunc legatum videtur importare vt pater videatur legare ius, quod pro illis rebus habet, scilicet spem actionis de dote, quam habet soluto matrimo. ¶ Opp. extrà glo. C. eo. l. filia. Sol. ibi pater primo legauit, secundò dotauit.
hic

ADDITIO

a ¶ Sed contra hoc. Singulare dictum est hic, & adde Bar. in l. huiusmodi §. cum pater. s̃. ti. j. & quod no. Bal. in l. filia. in prin. C. de le. & expresse Bald. post Old. in l. §. cum pater & vide Rom. in consi. suo inci. videamus primo, quid iuris de centum ducatis ipsius mercantiæ,

hic eҫ,vt dixi in d.l.huiusmodi.§.cum pater.ſ.ti.j.Opp.extra gl.hic
pater legauit mancipia,quæ in dotem dedit, ergo referuntur iſta
verba ad tempus datæ dotis,nec in legato veniunt,quæ poſtea na
ta ſunt.ſ.l.Mæuio.§.a me.So.Poſſumus dicere,ꝙ iſta non ſunt ver
ba teſtõris,ſed legis:vel dicendo ꝙ ſunt verba teſtõris,obſtaret ↄ̄-
rium.Sed poſſumus legere alio mõ,ꝗ gl.ſm Dy. ꝙ hic , pater do-
nauit,non autem in dotem dedit,& ideo cõtinetur partus,ꝗa do-
natio talis retro trahitur quo ad fructus:& hæc eſt ſatis bona lect.
ſed tenendo opi.gl.dic hoc ideo eſſe,quia partus ſunt tales. Nec
ob.d.l.Mæuio.§.à me.quia ibi ex relatione ad tempus datæ dotis
legatum ampliatur,ideo ad illud refertur:hic ex tali ratione lega
tum minueretur.¶Op.de l.vxorum.§.forori.ĩ.ti.j.Sol.vt ĩ gl.Opp.
de l.mora.in prin.ſuprà,de vſur.Sol.vt in glo.

§.Hæreditatem. Per ſimplicem diuiſionem non tolli-
tur ius fideicommiſſi, & non tenetur
quis de periculo rerum,vltra ꝗ̃ teneretur primò. h.d.Opp. quod
per diuiſionem ſit renũciatum fideicommiſſo,l.qui Romę.§.duo
a fratres.ᵃ ĩ.de verb.obl.Sol.hic §.pt legi primo , ꝙ iſti erant rogati
de reſtituendo extraneo non inuicem,&ſic diuiſio eorum nõ tol
lit fideicommiſſum relictum extraneo:& dubium erat hic,ꝙ ille,
cui noĩa obuenerunt in partem,dedit alteri prædia:vñ cum præ-
dia ſuperſunt,videbať iſtum teneri,in quantum pro portione hæ-
reditaria ſua ad hr̃dem tranſtulerit:& illa noĩa vñr habita loco cu
iuſdam pretij:ſicut hic teneretur,ſi rem vendidiſſet , ita & modo.
Ad hoc reſpondet Iuriſconſultus,ꝙ de periculo nominum non
tenetur,nec diuiſio ſimilis eſt venditioni,ſed diuiſio eſt quædam
permutatio cõionem diſcernens. Ex hoc ſequitur, ꝙ quicquid
habes à cohærede meo,vt puta noĩa,vel aliud,ſuccedit in locum
partis,quam habebam pro indiuiſo in toto.l.Imperator.in fin.cũ
l.ſeq.ſuprà,e.& ideo ſicut ante diuiſionem non tenebatur de pe-
riculo,ita poſt diuiſionem de eo,quod ſibi obuenit in partem.Et
hoc vult dicere tex.Scdo pt legi,ꝙ hic erant rogati de reſtituẽdo
inuicẽ,&tunc obſtat ↄ̄rium de d.§.duo fratres.Sed dic, ꝙ hic fuit
ſimplex diuiſio:ſed ibi fuit dictum ſe nihil facturos ↄ̄ diuiſionẽ,
ſecundum Dy.Vel aliter,Ibi fuit malè iudicatum, vt ibi.

ADDITIO.

a ¶Fratres.Vide bar.ibi in j.& 2.q.

§.Filia mea. Qui legat hæreditatem ſibi quæſitam,non vr̃
legare fructus,quos ipſe conſumpſit.h.d. De
hoc dic,vt in l.cum filius.§.Lucio.ſuprà,eo.quod no.

1 *Dictum reſtringitur per rationem.*
2 *Teſtator habens filios ex diuerſis matribus,ſi iuſſit,quod æqualiter inter ſe diui*
dant,& vnus habet prædium dotale,hoc non venit in diuiſionem.

a
1 §.Dulciſsimis. ᵃ†Dictum reſtringitur ꝑ rationem. h. d.
Op.ſuprà,e.l.Imperator.§.fin.& l.ſeq. So
lu.hic ꝑꝑ rationem annexam reſtringitur legatum.Facit ſuprà,de
calum.l.hæc actio.& de acq.poſſ.l.Pomponius.§.ſi is,qui. cui adde
b concor.ibi,& c.intelligentia.extrà,de verb.ſig.¶Inducoᵇ hunc §.
c ad q.ᶜ †teſtator habebat filios ex diuerſis vxoribus , & ab vtroque
2 dotes habuerat,& in teſtamento dixit,iubeo filios meos tẽpore
diuiſionis æqualiter diuidere.Ex hoc inſurgit dubium,quia vnus
ex filiis,cuius mater habuerat in dotem prædium , & pecuniam,
volebat illud prædium:alius ↄ̄dicebat,ꝙ debebat æqualiter diuidi.
Dixi,quod illa verba,æqualiter diuidant, non porrigunť ad præ-
dium,qđ eſt vnius proprium,vt hic:& probatur in l. magis puto.
§.fi.cum l.ſeq.de reb.eo.Sed hoc operabitur,vt ſi dos erat in pecu
nia tempore diuiſionis,aliquis fratrum non vtatur perceptione,
ſm formam l.ſi filiæ.§.2.ſ.fam.erci.Si vero teſtator vult,ꝙ diuidãt
omnia æqualiter etiam prædia:hoc debet exprimere , vel dicere,
ꝙ omnia inuicem communicentur,vt ĩ.eo.l.fi.§.Lucius.& infrà,
ad Treb.l.Lucius.quod nota.

ADDITIONES.

a ¶Dulciſſimis.Iſtum tex.limita per l.pater.§.fundum.infrà,ti.j.
b barb.¶induco.Et vide barr.in conſi.inci.quidam habens bona communia.& ad bar.hic
adde d.meum Soc.in conſi.135.in j.col.in prin.altas conſi.137.
c alex.¶Hunc §.ad q.Not.quando teſtõr habet filios ex diuerſis vxorib.&iuſſit eos æqua
liter diuidere,dic,vt hic per eum ſecundum imo.Quid aũt ſi teſtator dixit, debeant ſta-
re,& morari cõiter.vide bar.in conſi.inc.quidam habens bona communia.

1 *Clauium traditio in dubio cenſetur facta cauſa cuſtodiæ,& nu.3.vbi quando ad*
dominij trans lationem.
2 *Actus numero idem ſecundum diuerſam intentionẽ operatur diuerſos effectus.*
4 *Clauibus traditis ſi iuſſit aſſignari,an importet dominij translationem,vel poſ-*
ſeſſionis.

1
a §.Pater pluribus. † Traditio clauium, ᵃ& aſſignatio
rerum in dubio præſumitur cauſa
cuſtodiæ,ſi titulus habilis non præcedit ad dñij trãſlationem. h.d.
Opp.de l.clauib.ſ.de ↄtrahen.emp.& l.j.C.de don.Glo.dicit,refert,
quid dator clauium agat.In gl.fi.parua ſuper ver.fore. & ſic dicit
2 Old. ¶ Not.†ꝙ idem actus numero ſm diuerſam intentionem
agentis operatur diuerſos effectus,quia ſi intẽdit trãſferre domi
3 niũ,tranfert,alias ſecus.¶Quæro,†quid in dubio?Gl.hic in verb.
cuſtodiæ.dicit,ꝙ ſemper præſumitur in dubio cauſa cuſtodiæ.qđ
b not.multum.Iſta glᵇ quantum ad caſum huius §.placet,quia text.
eſt hic.Et eſt ratio,quia filios in dubio æqualiter diligit,l.iſti qdẽ.
ſ.ꝙ met.cau.Item ꝗa iſta filia erat maior, ideo apud eam dẽt eſſe

maior cauſa cuſtodiæ,l.fi.ſ.de fi.inſtr.Sed in eo,qđ dicit glo. ſem-
per idem eſſe,hoc non placet , quia eſt ↄ̄ caſum l.dotis fructus.§.
fi.& l.ſe.ſ.de iu.do. vbi in dubio vr̃ dare animo transferendi do-
miniũ:ſed hic aut præcedit titulus habilis ad tranſlationem do-
minij,& tunc loquitur lex contraria:aut non,& procedit iſta glo.
4 ¶Vlt.no.iſtum §.† in eo,quod dicit , aſſignari iuſſit. Nam poſſet
dubitari,vtrum importet tranſlationem dominij, vel poſſeſſio-
nis,vel qd.Et hic tex.videtur,quòd non ſignificet tranſlationem
dominij,quod diximus in l.ſi conſtante.ſ.ſolut.matr.in 4.q.prin
quæ tractat de repetitionis effectu,2.q.

ADDITIONES.

a alex.¶ Traditio clauium. Quid operetur traditio clauium,dixi in l.clauib.hic alle.
b ¶ Iſta glo.Quando ſimplex traditio intelligitur facta animo transferendi dominium,
adde Bart.late in l.ſub conditione,circa fin.ĩ.de ſol.& Bart.in l.j.ĩ.pro dot.& ad Barto.
hic vide arc.in c.examinata,de iud.

§.Cum imperfecta. Oratio imperfecta perficitur
ex præcedenti, vel ſequenti , ſi
congruè fieri poteſt.h.d.Tenementi,quia facit ad multa.

1 *Iuramentum habet vim clauſulæ,quòd valeat omni modo,quo valere poteſt.*

☞ §.Filius matrem. Iuramentum teſtatoris, vel hære-
a dis habet vim repetitionis ᵃab in-
teſtato.h.d.& intelligi poteſt iſte text. dupliciter,vel ꝙ dixit teſta
tor legata dari,& hoc iurauit , quòd darentur.Vel dixit hæredi,
quòd iuraret dare legata,quia licèt teſtamentum non valeret,ta
men iuramentum iſtud habet vim repetitionis ab inteſtato:& ſic
1 debebuntur legata à venientibus ab inteſtato.¶ Not.† quod iu-
ramentum importat iſtam clauſulam,quòd iſtud,ſuper quo ĩter-
b ponitur,valeat omnimodo , quo valere poteſt. ᵇ Dixi in l.ſi quis
pro eo.in prin.de fideiuſſoribus.

CONCORDIA.

☞ ¶ Filius matrem.Pro concordia aduerte,quòd caſus huius l.cũ
pater.§.filius matrem.non habet locum, quado teſtator iurauit,
ſed ſolum mandauit hæredem iurare,ſecundũ Bart.in l.2.C.cõm.
de leg.contrarium tamen alleg.in hoc §.filius matrem. Tu dic,in
hoc §.filius matrem. contrarium non tenet expediendo hunc §.
ſed ſolum ſummando, ſecundum intellectum gloſſ.dicendo ita
poſſe ſummari, ſed non refert ſe in ſummario ad hanc determi-
nationem,licèt hic dicat ſummando iuramentum teſtatoris, vel
hæredis,&c.ecce,quòd non dicit,quòd teſtator mandauit hære-
dem iurare de directo,quia potuit iurare ſua ſponte,etiam ſecun
dum verba Bart.præterea Bart. loquitur vbique in diuerſo fine,
in d.§.filius,vt intelligatur repetitum ab inteſtato.in d.vero l.2.vt
ſit differentia inter verbum directum,& obliquum.Vel etiam an
cum iuramento,vel ſine ad exigendum legatum,&c.

ADDITIONES.

a alex.¶ Repetitionis.No.quòd iuramentum habet vim repetitionis ab inteſtato, & dñ
Barto.hic dicit,quòd iſte intelligitur tam de iuramento hæredis,quàm teſtis, ipſe con-
trarium tenet in l.2.C.comm.de leg.adde quòd per iſtum tex.& illum no.dixit bart..in l.
ſi quis maior.C.de tranſa.& quod no.voluit bald.in l.j.C.com.de leg.& quod no.bart.&
quod ibi dixi in l.eam quam.C.de fideicom.
b Alex.¶ Poteſt.Quomodo intelligatur,vide Imo.in c.cum contingat.x.memb. in 3.q.
de iureiuran.

§.Mando. Verba , quæ proferuntur in modum conſilij,
non important neceſſitatem.h.d.Gl.op. & ſol-
uit duobus modis.Dic,vt in ea.

1 *Vnus ex certis quando non eligitur,admittuntur,qui non ſunt indigni.*
2 *Matre neminem eligente in caſu huius §.qui admittantur, & qualiter.nu. 4.*
3 *Matre aliquos eligente,an illi cæteris præferantur.*

1 §.Rogo. †Si nõ eligitur vnus ex certis,oẽs admittũtur,qui
2 nõ ſunt indigni.h.d.Primò declarãdo tex.¶†Quę
ro,fideicommiſſo relicto per verba hic poſita,ſi mater neminem
elegerit,qui admittuntur?Rñ.illi,qui meruerunt multum, vel pa
rum,& illi,qui non demeruerunt multum, vel parum , vt hic in
3 tex.Quæro,† quid ſi aliquos elegerit,an illi cæteris pręferantur?
Rñ.aut elegit omnes,qui meruerunt, & alij qui non meruerunt
neque demeruerunt,non admittẽtur:ſed ſi elegit aliquos ex his,
qui meruerunt,&aliquos non,tunc illi,qui meruerunt,vendicãt
partes ab hr̃dib.vt hic in ver.eos autem à ↄ̄rio ſenſu. Nec obſt.l.
cum quidam.ſ.eo.quia ibi teſtator dixit, quos dignos putaueris
4 ſimpliciter: hic verò expreſſè habuit reſpectum ad merita. ¶†
a Quæro quando ᵃ mater nullum eligit,omnes, qui non offende-
runt,admittuntur vt hic:ſed dubitatur,qualiter admittantur , an
qui plus meruit,plus hẽat,an oẽs ęqualiter.Text.hic vr̃,ꝙ oẽs ę-
qualiter,& etiam glo.quod probatur,quia ẽt illi,qui non merue
runt,nec demeruerũt,admittuntur.Si ergo diſtributio fieret ſm
merita,illi nihil haberent.Sed ↄ̄ hoc facit ſ.e.l.cum filius.§. pater.
vbi matre non eligente remanet in arbitrio iudicis. Sol.illa ver-
ba,vt quiſque de te meruerit, tollunt contrarietatem. Diſtingue
ergo,aut teſtator iuſſit diſtribui inter filios habito reſpectu ad
merita teſtatoris,aut habito reſpectu ad merita eorũ reſpectu hę
redis,aut ſimpl'r.Primo caſu hærede non eligente remanet arbi-
trio iudicis,qui eligat,d.l.pater. Secundo caſu vr̃ teſtator elegiſ-
ſe per

ADDITIO.

a alex.¶ Quæro,quando. Et vide multum no,bald.in l.eam , quam. C.de fideicom. poſt
Imo hic.

se personam hæredis,& ideo eo non eligente extinguitur arbitrium,vt hic.Tertio casu idem,l.cum quidam.s̃.eo.

§.Donationis. Quando sunt verba dispositiua, non refert,cum quo quis loquatur,sed in quẽ voluntatis intentio dirigatur.h.d.concor.s̃.eo.l.miles. in prin. & l.peto.in prin.& ibi dixi.

1 *Veniens contra voluntatem defuncti in eo,quod est causa fideicommissi,ab eius petitione repellitur.*
2 *Fratrib.rogatis inuicem restituere si ex duobus vnus alienat partem suam,& alius suam,superueniens admittitur ad petitionem fideicommissi.*
3 *Alienatio facta contra voluntatem defuncti tenet,donec reuocetur.*
4 *Consentiens alienanti admittitur ad reuocationem eorum, quæ postea alienantur.*
5 *Clausula , rato manente pacto , operatur in fauorem illius, qui promissa seruauit.*
6 *Pater,& filius si simul agant,alter alteri videtur consentire.*
7 *Duo si fecerunt pacem,postea se inuicem offendunt,alter non accusat alterum, sed si vnus primo, & alius secundo,secundus accusat primum.*

a 1 §.Libertis.[a] † Qui venit cõtra volũtatem defuncti in eo, quod est causa fideicõmissi , ab eius petitione
repellitur.h.d.In prima parte alienauerunt omnes,vno excepto.
In secunda simul nullo excepto.In tertia primò vnus , postea ali⁹.
In quarta nullus,sed decessit vltimus ex̃neo herede relicto.Secũ
da ibi,alioquin.Tertia ibi,cęterũ.Quarta ibi, atsi nemo. Quæro
2 primò † pone duos fratres rogatus inuicem [b] de restituendo,&
b vnus alienat partem suam.& alius similiter, & moritur primus,
vel secundus,an admittitũ superuiuens ad petitionẽ fideicõmissi?
Gl.not.dicit,ꝙ sic.Nec obst.iste §.quia alienando facit expresse ꝯ
voluntatem testatoris:sed in themate proposito testõr expressẽ
non prohibuit alienationem,sed lex prohibebat.Pro ista glo.facit j̃.de iure pat.l.si libertus minorem.Item facit s̃.de inoffi. test.
l.etiam.& j̃.de his,quib.vt indig.l.post legatum.§.pen.vbi ille qui
impugnat testm̃,perdit ea,quæ ei ex testõ queruntur,nõ quę aliũde,vt donata causa mortis.Item hic ille,qui alienat,perdit ea,quę
sibi deberentur ex alienatione, non ea,quæ sibi debentur fratre
3 moriente.¶ Quærit gl.vtrum † alienatio interim teneat. Et dicit,ꝙ sic.De hoc habetis glo.contrarias,quas recitaui in l. seruo
4 legato.§.j.s̃.ti.j.dic,vt ibi.¶ Quærit gl.† qd si aliquis nõ alienauit,
sed alienanti consensit,an admittatũ ad reuocationem eorũ, qui
postea alienauerunt?& dicit,ꝙ sic,quia non venit ꝯ voluntatem
defuncti alienando,sed suo fauori renunciat.¶ Vltimò gl.signat
arg.ꝯ de l.codicillis.§.insulam.j̃. e. & non soluit. Dic,vt dixi in l.si
5 fundũ per fideicommissum.in prin.s̃.ti.j.Dyn.inducit istũ §.ꝙ † si
emphyteuta nõ soluit pensionem,& dñs vult eum repellere,& ip
c se emphyteuta dicit,ego volo soluere pœnam,[c] & retinere em-
d phyteusim,ex illa clausula,rato manente pacto,[d] ꝙ nõ audiatur.
Nam illa clausula operatur ei,qui seruat promissa,nõ ei , q venit
ꝯ,vt hoc §. Gl.determinat hoc in l.qui fidem.s̃.de transa.Ego in-
e duco [e] ad q.lex dicit,† quòd filius non potest agere sine consen
6 su patris,l.cum non solum.§.necessitate.C.de bon.quæ lib.quid si
f pater,& filius agant simul? Certe vr̃ alter alteri consentire,[f] arg.
huius §.facit l.Titius:in prin.s̃.quib.mo.pig.vel hy.sol. ¶ Item in
7 duco ad aliud,† duo fecerunt pacem simul,postea se inuicem offendunt,nec apparet quis primò,& quis postea , queritur,an al
g ter alterum possit accusare de pace rupta?[g] Videtur , quòd non:[h]
h quia pacem simul inuicem repetunt. Sed si vnus primò & alius
secundò,tunc secundus potest accusare primum de pace rupta,
non primus secundum,vt hac lege,in versi.cæterum.

ADDITIONES.

a Poma.¶ Libertis.Vide quid per istum tex.dicat Oldr.cons.133.

b ¶ Inuicem.Nota de rogatis ad inuicem de restituendo,si alienans,quando prohibetur alienatio,si alienetur in consortem,vide no.per Bald.in c.j.in fi.de alie.feu.

c Alex.¶ Soluere pœnam.Not.quòd qui soluit pœnam,non dicitur seruare voluntatem defuncti.& vide Bald.in l.petens.C.de pac.

d Alex.¶ Pacto.Vide Cy.in l.j.de iure emph.& quod no.Bart.in d.l.qui fidem.de transa. Bald.& ibi tex.in l.cum proponas.la 2.C. de pac.& de transac.l.cum proponas.& not.gl. in c.fi.de locato.

e Barb.¶ Ego induco.Et vide,quæ no.Bald.in l.emptori.C de euic.
Poma. ¶ Ego induco.Vide Alex.in l.is,qui hæres §.neque.in 2.no.ff.de acq. hær. & in l.si constante.in prin.§.si vxor.ff.sol.ma.Panor.consi.88.in 1.volum, aliquid per Alexan. cons.8.in 5.vol.Pau.consi.x j.dub in 2.volum.& cons.126.in 2.vol.Fel.in c.cum Bertholdus.de re iudi.

f Alexan.¶ Consentire.Hoc sequitur Imo.hic.Tu tamen vide Bald.in l. si furiosi.C. de nup.& quod no.ang.in l.ab emptione.s̃.de pac.& hoc dictum tene menti & idem videtur tenere Bald.in l.is,qui hæres.§.neque filius. & ibi etiam ange. & Imo. s̃.de acq.hær. & sequitur Bald.in l.fi.C.ad Mace.& quod ibi dixi.& Bald.in l.si filius.in fi.s̃.de his,qui sunt sui,vel alie.in bald.in addi.Spe.in ti.de pact.& Ioan.andr.in re.qui tacet.in merc. & facit quod no.bald.in l.si constante.§.si maritus. sol.mat.& bald.in l si liqueat. C. de inoffi.don.Et dictum Bart.hic simpliciter refert,& sequitur Pau.de cast.in consi. 52. inci.in Christi nomine amen.super j.dub.licèt fuerint diuersæ opi.in vlt. verbis ibi.item induco aliud,si duo promiserunt se non offendere,postea insimul offendunt,quis teneatur:& vide Bart.in l.si seruum.§.sequitur.de verbor.obligat. & barto. in l.j.si quad.pau. fe.di.& ibi latè dixi,& vide tex.in c.constitutus.de pœn.& l.Iulianus.§.offerri. & l.quã pendentem.de act.empti.& bald.in l.cum proponas.la 2.C.de pact.

g Pom.¶ Pace rupta.Vide Alex.in l.semel mora.in j colum.ff.so. mat.Fel. in c.dilecti filij de excep.& nunquid isti possunt petere,vide alex.latè post bart.in l.j.§.cum arietes.si quadr.pau.fe.di.

h ¶ Videtur,quòd non.Et dictum bart.hic sequitur Pau.de Cast.in l.si seruum.de verborum oblig.

§.Cum inter. Filius libertæ cõnumeratũ in familia libertorum.h.d.Op.filius libertæ nõ est de familia,l.pronuntiatio.§.fi.& l.seq.de ver. sig. ergo non est de familia testatoris.Dicunt quidam,ꝙ hic filius libertæ erat similiter libertus:sed si ita esset,hoc non haberet dubiũ.Vñ dicit gl.ꝙ hic loqũ in filio libertæ nato viuo testõre,vñ eum in seruitutẽ p̃t reuocare: iõ continetũ appellatione libertorũ.Et in hoc residet gl.Sed certè si hoc esset verũ,ista lex nullum hẽret dubiũ.Vñ dic al'r,ꝙ iste fili⁹ libertæ est extrane⁹ quo ad testõrẽ,tñ qa est hæres legitimus libertæ ab intestato,non vr̃ fieri ꝯ volũtatẽ,si ad eũ vadit fundus. Nec obst.s̃.e.l.peto.§.fratre. quia ibi extraneũ instituit in testõ,hic extraneus ab intestato succedit,vt ibi tangitũ in gl.& ibi dixi:fm hoc debet iste §.aliter summari.s.qui decedit aliquo ex familia succedente ab intestato,non vr̃ alienare.h.d.ad idem facit quod not.in
a l.pater.§.fundum.infrà,tit.j.& ista est verior lectu.[a]

ADDITIO

a Alc.¶ Verior lectu.Vide Bar.in l.si ita.§ si eadem lege.infrà,de verb. obl.

1 *Legata an debeantur,quando aliquis succedit præter spem defuncti.*

§.Cum existimaret. Si ille , quem defunctus putabat ab intestato successurum insolidum succedit pro parte , legata ab eo noĩatim relicta præstabuntur pro parte libertatis insolidum.h.d.Op.ꝙ ista consobrina teneatur insolidum.l.post emancipationem.in prin.j̃.ti.j.Gl.dicit hic de æquitate,ibi de rigore.Tu dic,ibi succedit ꝓ parte,sicut testõr putabat,licèt non eodem modo,quo putabat:hic vero succedit pro parte,& testõr putabat insolidum.Op. ꝙ legata indiuidua nullo mõ debeantur,l.pen.s̃.de iur.cod.Sol.dicit gl.hic æquitas,ibi rigor,qđ declara,vt no.in ꝯriis.Sic legata indiuidua, qñ aliquis præter spem testõris aufert partem nullo mõ debentur regulariter,vt in ꝯriis.Fallit in libertate , & in hoc est æquitas hic, & idem in l.qui graui.s̃.de iu.cod.Op.fm Dy.de l.cum filius.suprà eo.l.si quis testõ facto.in prin.j̃.eo.Sol.ibi loquitur in legatis relictis à scriptis,sed hic in relictis à veniẽtibus ab intestato. Ad hoc
1 op.† ꝙ etiam relicta à venientib.ab intestato non debeantur alio succedente,l.j.in fi.infrà,tit.j.Sol.ibi successit alius in totũ præter spem defuncti,hic vero successit pro parte alius vna cũ eo, quẽ testõr successurum putabat.Et ideo qñ alius succedit præter spẽ defuncti,vtrum legata debeantur,& qualiter , distingue:aut legata sunt relicta à scriptis,aut à veniẽtib.ab intestato. Si à scriptis, aut testm̃ rescinditur in totum,aut pro parte,vt l.si quis facto. j̃. eo .& l.cum filius.in prin.s̃.eo.Secundo casu qñ à venientib.ab intestato,aut sunt relicta simpliciter,aut noĩatim ab aliquo.Si simpliciter,tunc debentur à quolibet succedente ab intestato , l.si qs cum testamentum nullum.& l.ab intestato.s̃.de iure cod.Si nominatĩ,& tunc aut succedit ille , à quo testator reliquit nominatim tantum,aut alius prorsus,aut filius vnà cum illo. Primo casu debentur legata ab eo sine dubio,vt in toto tit.de iur.cod.Secundo casu aut alius erat æqualis gradu cum nominato , & tunc debentur legata,l.si Titio,& Mæuio.§.Iulianus.s̃. eo. tit.ita dicit Dy. Tu in hoc passu dic,vt dixi in d §. Iulia. quia non loquitur in legatis relictis nominatim.Si vero erat in alio gradu,q̃ nominatus,tunc debentur,l.j.in fi.j̃.tit.j. Tertio casu qñ succedit nominatus vna cum alio,tunc aut succedit cum alio , fm qđ defunctus putabat, & tenetur ad integra legata,l.post emãcipationẽ.j̃.ti.j. Si vero succedit ille alius præter defuncti volũtatem,aut loquimur ĩ legatis diuiduis,& dẽntur ꝓ parte,qua succedit legatarius , vt hic,l.pen. & l.sed cũ ea.de iu.cod.Aut loqmur in legatis indiuiduis, & tunc nihil debetur,l.pe.de iu.cod.Fallit in libertatib.vt hic,& l qui graui.de iu.cod.& l.si pr̃.de fideicom.lib.Ista est distinctio Dy. modica mutatione facta,vt vidistis ibi. Vlt.super gl.fi.ibi , sed cur non p̃statur ab vtroque sicut fideic.dic,immo vult dicere , cur non diuiditur sicut fideicommissum:& ad hoc sequitur responsio.

§.Pater,qui filio. Si fideicommissum inuicem datum continet tantundem in quotitate, & quantitate,nõ valet.Item æstimatio testõris nullam necessitatẽ inducit.h.d.Op.ꝙ ex istis verbis ĩducatur fideicõmissum,l.peto. in prin.s̃.e.Sol.hoc iõ,quia esset ridiculũ.Tm̃.n.daret vnus,quantum acciperet.Simile s̃.ti.j.l. ab omnib.§.si à Titio . aliàs si Titio. vl.respon.Ad secundum,quod hic dr̃,ꝙ æstimatio testatoris nihil operetur,concor.l.si fundum.§.si libertus.infrà,ti.j.

1 *Debitum potest cum fructibus compensari,nec fraus præsumitur.*
2 *Debitum compensatur cum Falcidia,& fraus præsumitur.*
3 *Excludens fraudem non dicitur fraudem facere.*
4 *Falcidia hodie prohiberi potest per testatorem.*
5 *Dictio,ne,quandoque modum,& quandoque conditionem inducit.*

§.Titio fratri. Si testator grauat hr̃dem in eo , quod sibi hæredi dẽbat,& debitum cũ fructib.compẽsat,fraudem facere nõ vr̃:secus si debitũ cũ Falcidia ꝯpensaret, h.d.Primò ponit,qñ testõr vult debitũ à se ꝯpensare cum fructib. Scđò qñ vult cõpensare cũ Falc.Secũda ibi,planè. Itẽ prima subdiuiditur:qa primo ponitũ thema,& quęstio.Scđo respõsio.Tertiò rõ responsionis.Secunda ibi,cum fructib. Tertia ibi , quoniam. ¶ In tex.ibi,restitueret,subaudi,quæritũ , an tale fideicommissum quantum ad hr̃ditatẽ Seij valeat?& ad hoc respõdet statim ibi,cũ

ex fructib.&c. In textu ibi, quũ rõne cõpensationis fiendæ de fructibus hr̃ditatis. Mæuianæ ad hr̃ditatem Seianam. Sequitur secũda pars in ver. planè. & ista pars diuiditur. Nam primò ponit thema, & quæstio. Secundò responsio. Tertiò ponit quãdã iniquitas ex responsione resultãs. Quartò ꝯ illam iniquitatem prouidet. Quintò rñdet cuidam obiectioni, q̃ posset fieri in ꝯrium. Secunda ibi, Falcidiam. Tertia ibi, sed iniquitatem. Quarta ibi, prudentis. Quinta ibi, nec videbitur. ¶ In textu ibi, dolo fecisse, vt ꝑ hoc teneatur illo edicto, si quis omissa cã testa. &c. Dyn. ¶ In textu ibi, retineat. Dic, q̃ritur, quid dicta verba important? Ad qđ respon-
1 det statim, quia debitum cum Falcidia cõpẽsat. ¶ No. † ꝙ debitũ ꝑt cum fructib. compensari, nec ꝑsumitur fraus. Facit ꝰ. ti. j. l. filius.
2 §. apud Marcellum. & ꝰ. e. l. Imperator. §. j. ¶ Secundò no. † ꝙ debi
3 tum compensatur cum Falcidia, tñ vr̃ fraus. ¶ Tertiò no. † ꝙ qui fraudem excludit, non dr̃ facere fraudem. concordantiæ sunt in glo. Op. & vr̃, ꝙ quis possit grauari in plus, q̃ ad eum peruenit, vt ꝰ. e. l. Imperator. §. j. in fi. Gl. non soluit. Dy. dicit, ꝙ ibi quantitas legatur, & in propria specie quis grauatur: hic autẽ grauat̃ in hr̃ditate, quę loco quantitatis hr̃. d. l. Imperator. §. cum quidam. Oppo. ꝙ fructus non extenuant debitum, quia sicut debet habere hr̃ditatem Seij, ita fructus eius, postquam dies fideicommissi cessit, l. in quartam. ꝭ. ad leg. Fal. Sol. intellige hic de fructib. perceptis ex hæreditate Mæuij testatoris, deductis fructib. đ hæreditate Seij: ita intelligit glo. j. ponendo casum. Op. ꝙ ẽt fructus hr̃ditatis Mæuij non computẽtur, quia sunt percepti iudicio testõris, d. l. in quartam. Sol. hoc ideo, quia testõr hoc voluit. ¶ Ad secundam partem opp. ꝙ testator non põt prohibere falcidiam iure isto, l. qđ de bonis. §. j. ꝭ. ad l. Fal. Sol. fateor, nisi ꝑ istum modũ, videlicet iubendo debitum compensari cum Falcidia. Contra, dr̃ hic, ꝙ hoc est iniquum, opp. qa ista iniquitas tolerat̃, l. si debitor. ꝭ. ad leg. Fal. Sol. fateor, si hæres adit hr̃ditatẽ, & non prouidit sibi eo mõ, quo hic dr̃. Sed aduerte, quia vt puto, hoc remedium hodie non haberet
4 locum, † quia cum testator possit prohibere Falcidiam de iure, auth. sed cum testator. C. ad l. Fal. & Auth. de hær. & Fal. §. si vero expressim. prohibendo nõ committit fraudẽ. Vnde si quis omitteret ex testamẽto, vt habeat ab ĩtestato, incidit in edictum, si quis omis. cau. test. & hoc quo ad Falcidiam: quo ad quartam debitam iure naturæ remanent iura antiqua. ¶ Quæro, qualr̃ ista compẽsatio fit in Falcidia. R ñ. dico, ꝙ fit per cautionem Mutianam, qđ gl. reprobat, quia cautio Mutiana hẽt locum in conditionibus de non faciẽdo: hic aũt nõ fuit ꝯditio, sed modus, qa ista verba, ne fi
5 deicommissum retineat, inducunt modũ. ¶ No. istam gl. † ꝙ per dictionẽ, ne, induciẽ modus. In ꝯrium est l. qui absenti. §. j. ꝭ. de acq. poss. & ibi de hoc per Dy. Ego autẽ dico, ꝙ dictio, ne, q̃nq; inducit modum, q̃nq; condõnem, vt dicit tex. in l. cum tale. §. Titius. ꝭ. de cond. & dem. dixi plenè in l. quibus dieb. §. Termilius. e. ti. ¶ Quæro, hic dr̃, ꝙ Falcidia compensat̃ cũ debito, de Falcidia quorũ bonorũ hoc intelligit̃. Azo dicit de falcidia hr̃ditatis Mæuianæ, qa Falcidia hr̃ditatis Seianæ capitur vt debitũ, licèt Rog. dixerit cõtrariũ, vt in gl. aduerte tñ, ꝙ Falcidia hæreditatis Seianæ, quæ debebatur ipsi Mæuio testatori, computatur in hæreditate Mæuij.

1 *Disiuncta posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata, nunquam resoluitur in coniunctam.*

1 §. A te peto. † Disiunctio posita inter personas, inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctam. h. d. Op. quod non inspiciamus ordinem, vt ꝰ. e. a. l. §. fidei tuæ. Sol. ibi constabat de mente testatoris, hic non. Op. disiunctiua posita inter personas honoratas resoluitur in coniunctam, l. pen. C. de ver. sig. Sol. hic cadit inter personas, inter quas non cadit affectio ordinata, ibi secus.

1 *Venditio fundi quando est certus: valet, licèt fines omittantur a notario.*

1
a §. Vicos. Valet legatum, licèt ñ fuerit adiecta qualitas, quã testõr adiecturum se dixit. h. d. † Nota, ꝙ licèt [a] fines omittant̃ à notario, tñ valet venditio, si fundus est certus, l. demõstratio, ꝰ. de cond. & dem. & l. cum seruo. §. fi. de ꝯhen. emp. Opp. ꝙ tale legatum non valeat, l. Titia. in prin. ꝰ. eo. So. hic legatum fuit expresse, & perfectè relictum, licèt fuerat omissa quædam qualitas: sed in l. ꝯria legatum ab ipso initio fuit imperfectum, & incertum. Op. de l. quoties. §. tantundem. ꝰ. de hære. instit. Solue, vt ibi. Vltimò istum tex. allegat Imperator in l. pe. C. de insti. & substit.

ADDITIO.

Ale. ¶ Nota, quod licèt. adde Bar. in d. l. demonstratio. & quæ ibi dixi, & Bart. in l. cum virum. C. de fideicommiss. & ang. in auth. de restitu. fideicom. in fi. & Io. and. in Spe. de lib. conce. §. inter alias. versic. iux.

LEX LXXX.

1 *Causa iusta in parte non tollit moram in alia parte.*

2 *Actore petente plus debito reus non condemnatur in expensis, nisi actor offerret se recipere partem, quæ non est in controuersia.*

1 Qui solidum. Iusta † causa in parte non tollit morã in alia parte. h. d. & est casus no. Op. ratione partis indebitæ quis excusatur à mora super toto, l. in fideicommissi. in prin. ꝰ. de vsur. Sol. duob. modis. Primò, ꝙ ibi hæres opponebat Falcidiam, nec ꝑꝑ hoc confitebatur aliquã partẽ debitã: & ꝑt esse, ꝙ per Falcidiam totum legatum subuertit, l. j. §. hæc verba.
a ꝭ. si cui plus, q̃ per l. Fal. hic verò partem debiti cõfitebatur. Vel
b aliter dico, [b] quòd si aliquis obiicit exceptionem pro parte. nisi dicat petitor se paratum recipere aliam partem, non videtur reus in mora. d. l. in fideicommissi. in prin. Secus si actor dicat, da mihi aliam partem, quæ non est mihi in controuersia, vt in tex. isto. & est ratio, quia si petis totum, non teneor tibi offerre partem, quia non est verisimile, quòd eam velit recipere, l. tutor. §. Lucius. ꝰ. de vsu. ideo habes necesse exprimere, quòd detur tibi
c pars. [c] Facit, † quòd si aliquis petit plus debito, super toto habeo
2 iustam causam litigandi, nisi dicas te paratum recipere partem, quæ non est in controuersia: & sic in expensis litis non condem-
d nabor. & etiam facit [d] ad multa alia.

ADDITIONES.

a ¶ Confitebatur. Aliqui dicunt, quòd Barto. est sibi contrarius in l. j. §. si stipulanti. in fi. de ver. obli. ad istud, quod hic dicitur.

b Poma. ¶ Dico. Pro declaratione vide bart. in l. non potest videri. ff. de re. iu. Raph. in cõ si. 5. Alex. in l. diuus. ff. ad leg. Fal.

c Alexan. ¶ Detur tibi pars. Vide Bald. in authen. generaliter. C. de epis. & cle. in ver. iuxta hoc quæritur. in l. eos. §. cautio. ꝭ. de app. & l. properandum. §. siue autem alterutra. j. col. C. de iud. & ibi Sal. & ibi vide bald. & Sal. in l. edita. in vers. quæro modo. de eden. & bald. in l. j. C. de plus peti.

d ¶ Facit. Vide bart. in l. stipulationes non diuiduntur. in vltimis verbis suis, de verb. ob.

a §. Cum post mortem. [a] Legatario debetur æstimatio ipsius rei, vel partis, quæ ad hæredem loco rei peruenit. h. d. quod no. No. text. ibi, pro modo æstimationis, &c. & hoc allegat glos. in q. not. in l. si ex falsis, in vlt. gl. mag. C. de transac.

ADDITIO.

a Mortem. Et de intellectu huius §. vide Doc. in l. 3 C. quod met. cau.

1 *Iusta causa litigandi excusat ab expensis.*

2 *Iuramentum calumniæ non excusat ab expensis.*

3 *Tutore male litigante potest ipse, & etiam pupillus condemnari in expensis: & contra quem fiat executio.*

4 *Procuratore temerè litigante quis condemnetur in expensis.*

§. Etiam. Respublica propter morã tenetur ad vsuras, propter temeritatem ad impensas litis, licèt habeat
1 regressum ꝯ administratorẽ. Idẽ in pupillo, tutorib. h. d. ¶ † Not.
a quòd qui [a] habet iustam causam litigandi, excusatur ab expensis, secus si iniustam. Et per hoc potest responderi ad quæstio. Glos.
2 quærit, † vtrum sacramentum [b] de calumnia excuset ab expensis?
b Glo. quòd sic, in authen. generaliter. C. de epis. & in cor. de iud. §. oportet. & in l. properandum. §. siue autem alterutra. C. de iud. Veritas est, quòd sacramentum calumniæ excuset à calumnia, non à temeritate, seu ignauia, l. j. in princ. ꝰ. si mu. vent. nomine. & l. 3. §. j. ꝰ. de iureiur. & ibi per Gui. & ꝭ. ad senatuscon. Turp. l. j. §. j. sed expensæ litis veniunt propter temeritatem, etiam si cesset calum-
c nia, [c] vel dolus, vt hic, & l. eũ, quem temerè. ꝰ. de iudic. ergo iura-
3 mentum non excusat ab expensis. ¶ † Quæro, tutor [d] malè liti-
d gauit, quis condemnabitur in expensis, an tutor proprio nõie, an pupillus, aut tutor tutorio nomine? Tex. hic dicit, ꝙ condemnabitur pupillus, vel respublica, & in eos fiet executio, licèt habeat regressum ꝯ administratorem. In ꝯrium est tex. quòd tutor debeat condemnari, in l. non est ignotum. C. de administ. tuto. Credo, ꝙ vtrunque potest fieri, vel hoc vel illud, per istas leges: Puto, tñ, ꝙ eo casu, quo dixi executionem fieri ꝯ pupillum, vel Rempublicam, ꝙ liberetur cedendo actionem, l. si. ꝰ. de admi. tu. Facit ad ꝑdi-
4 cta l. si dolo. ꝰ. si quis omis. cau. test. & ibi dixi. ¶ Quæro † qđ de procuratore calumniosè, vel temerariè litigante, vtrũ ipse condemnetur, an principalis dñs in expensis. Dixi in l. j. §. si procurator. ꝰ. si quis ius di. non obtem. Spe. tangit in tit. de exec. senten. §. sequitur. ver. sed quid si procurator. Et ibi dixit, ꝙ Clemens Papa determinauit executionem fiendam ꝯ procuratorem, & non ꝯ dominum, per l. j. §. si procurator. ꝰ. si quis ius dic. non obtemp. Aduerte, q̃nq; fit condemnatio expensarum propter malum factum, quandoque propter omissum, quia non est factum, quod fieri debuit. primo casu fateor esse verum, quod dicit Spec. quia istud non venit in generali mandato, quòd calumniosè litiget, l. 3. §. si procurator. ꝰ. ꝙ quisque iur. Secundo casu, s. quando procurator omisit, quandoque omittitur quod erat explicandum à domino, & tunc condemnationis expẽsarũ vsurarũ, & similium fit executio in dominũ, vt hic in prin. quia fideicomissum est omissum ab executione, quod debebat Respu. & est rõ, quia postq̃ nõ est factũ, ꝑ ipsum dñm est cõmissum. & hoc dicit tex. in simili i l. si procuratorẽ. §. si tutores. in fi. ꝰ. mãd. quãdoq; procurator omittit facere illud, qđ incũbebat sibi ꝓcuratori, nõ dño, vt puta postquam

ADDITIONES.

a ¶ No. quòd qui. Vide etiam practicam Papi. in forma in glo. in ver. ius patronatus, & Aret. sing. 120. & de ista causa vide per alex. cons. 119. in 2. volum. & consil. 115. in vltim. colum. in 4. vol.

b Alexan. ¶ Sacramentum. Vtrum sacramentum calumniosum excuset ab expensis. de quo etiam per Ang. in d. §. oportet. & Doc. in d. l. siue an alterutra. Barto. latius in d. l. j. ad Turpil.

c Alex. ¶ Cesset calumnia. Et hic videtur tex. quòd minor non possit restitui aduersus moram per eum commissam. de quo per Bald. in l. in minorum, in fi. C. in qui. ca. in int. rest.

d Alex. ¶ Quæro, tutor. Et vide Bar. in l. si procurator. ꝰ. de cond. inde. & in l. j. §. si procurator. ꝰ. si quis ius dic. non obtemp. Barto. in l. edita. in pen. q. C. de eden. & latius in l. 4. in prin. ꝭ. de re iud. & quod ibi dixi, l. si dolo. ꝰ. si quis omissa cau. test.

quam erat dñs litis effectus post litem contestatam, fuit in aliqua contumacia, pp quam debet in expensis condemnari, tunc procurator condemnabitur, vt in d.l.j.§.si procurator.s̃.si quis ius dicenti non obtemp.& sic intelligo dictum Spec.& istud tene menti, quia poteris ex hoc condemnationes facere in persona procuratoris procuratorio nomine, vel non, vt ex predictis habes.

§.Prædium. Vltimus de familia prædium alienare prohibitus eius petitionem ad extraneum hæredẽ trãsmittit.h.d.Op.s̃.e.l.peto.§.fratre.So.duobus modis.Primò, ꝙ hic nullus alius de familia remanserat.Simile.s̃.l.prox.§.libertis.in fi.Vel dic, ꝙ extraneus successit huic filio ab intestato, vt filius matri, qui potest dici extraneus, quia in potestate non est, l.j.§.extraneum.C.de rei vxo.ac.& tunc etiam si alij superessent, ille extraneus admitteretur, vt s̃.l.proxi.§.cum inter.

a §.Si creditor.[a] Qui vocantur ad fideicõmissum prædio alienato, non reuocant ab eo, qui emit à creditore testõris.h.d.Quæro, vtrum ꝯ hrdẽ, qui non soluit debitum, possit haberi regressus? Quidã in tex.habent ꝯ emptorem, quidam hẽnt ꝯ hrdẽ, & ƒm hanc vr̃ casus, ꝙ ꝯ hæredem nihil possit dici.Gl.tñ dicit hoc esse verum, nisi hæredi possit imputari, cur non soluit: quam gl.no.pro eo, quod dixi in l.si res obligata.s̃.ti.j. Dy.tñ supplet hic ꝙ hæredi solum imputetur in tribus casibus, qui ponuntur in d.l.si res obligata.Ego aũt intelligo istã gl.ꝙ in omni casu, quo fundus erat obligatus pro debito defuncti, possit imputari heredi, cur non soluit: qa facto suo priuat legatarium re.ar.s̃.e.l.q duob.& p tex.in l.apud Iulianum.§ hæres.s̃.ti.j.dixi in d.l.si res.s̃.de leg.j.& hoc tenet gl.hic, nõ violando ipsam, qd no.

ADDITIO.

a ¶Si creditor. Vide tex.& Bal.in l.1.C.cred.vend.pign.impe.non poss.

LEX LXXXI.

Quæ fideicommissum. Qui per ignorantiam iuris patitur alium vti re sibi debita, non cadit à debito.h.d.Opp.de l.si patronus.de his, quę in frau.pa.Gl.soluit hic vno modo.Dy.aliter.quod dixi in l.Clodius.s̃.de acq.hæred.

LEX LXXXII.

1 *Dominium rei legatæ recta via transit in legatarium.*

2 *Agnitio legati illud operatũr in legatario, ꝙ aditio quo ad hæredem, & quãdo ista æquiparatio sit bona.*

1 2 Legatum. † Dñium trãsit in legatarium recta via, sicut in hærede adeunte.h.d.Vel al'r.Qd † operatur aditio quo ad hæredem, illud operatur agnitio legati quo ad legatariũ.h.d.Op.ꝙ ista non sit bona æqparatio, vt l.cũ pater.§.surdo.s̃.eo.So.fateor, ꝙ nõ est per oĩa bona.Nã hereditas nõ querit regulariter sine aditione: legatũ verò q̃ritur ignorãti, tñ cõmutabiliter, quia si vult repudiare, vr̃ nũquã quæsitũ: & hoc respectu æquiparauit hic Iurisconsultus, qa sicut p̃t repudiari hrditas, ita legatũ: & ita p̃t agnosci hrditas sicut legatũ, sed si non agnoscat, vel repudiet, tunc differunt.Op.ꝙ dñium non transeat recta via, l.legatum est.§.fi.s̃.tit.j.& l.Papinianus.de seruit.Sol.vt in qualibet earum no.Oppo.vt in glo.Et solue, & bene, vt in ea.

LEX LXXXIII.

Si quis testamento. Legata relicta à scriptis venientibus ab intestato non debent. h.d.Op.s̃.de iniust.test.l.posthumus.Sol.ibi testamentum fuit ruptum & post confirmatũ iure prætorio.Opp:C.de libe.pręt.auth.causa.Soluit gl.ꝙ hodie ista lex corrigatur rupto testamento ex causa preteritionis, vel exhæredationis, vt legata valeant. Tenet ergo gl.simpliciter, ꝙ siue testamẽtum sit ruptum præteritione posthumi, siue iam nati, siue filij emancipati, siue in potestate, ꝙ legata debeantur: quod intellige, vt dixi in l.posthumus.s̃.de iniusto testa.& l.filio præterito.

LEX LXXXIIII.

1 *Res si deuenit ad eum casum, a quo non potuit inchoari, non vitiatur, quando casus superueniens tendit ad eundem effectum cum dispositione.*

a Debitor decem.[a] Qñ superuenit cã tendens ad eũdem effectum, licet ea existẽte dispositio ab initio non valuisset, dispositio non vitiatur.h.d.Primò ponit dictum.Secundò circa illud determinat duo dubia.Tertiò dictum probat per simile de dote prelegata.Quarto probat per reductionẽ ad incõueniens.Secũda ibi nec tollitur.Tertia ibi, sic & in dote.Quarta ibi, alioquin. Op.quod non sit in legato per solum interusurium medij temporis.l.i.§.si quis creditori.j̃.ad l.Falc.Sol.quantum ad hoc, vt possit defalcari, procedit contrariũ: quantum ad hoc, vt possit peti, procedit lex ista.& ita sentit gl.q̃ incipit, i.vsura. Opp.ad ver.quod si viuo.Insti.eod.§.ex contrario. Sol.dicit gl.hic est inutile.s.sine vtilitate pecuniaria, tamen valet, dic, ꝙ illud est ius nouum, istud vetus, Dicit glo.istud est ꝯ l.verbis.j̃.ad l.Fal.tene ergo primam.Opp.† res vitiatur, si deuenit ad
1 eũ casum, à quo non potuit inchoari, l.plurib.§.& si placeat.s̃.de ver.ob.Sol.regula illa non procedit, quando casus superueniens tendit ad eundem effectum cum dispositione: ita loquitur hic. Dixi in l.contraria.& per Dyn.in cactus legitimi.de reg.iur.lib.6.

ADDITIO

a ¶Debitor decẽ.De materia huius legis habetur plenè per Bar.post gl.in l.3.§.ex pluribus infrà de acq.poss.

§.Si Primo, & Secundo. Si plures sunt substituti, quilibet tenetur ad legata relicta ab institutis, in quorum loco succedunt.h.d. In tex.dum dicit, hæredib.institutis.Dic, & si hæres nõ esset primus, fuit substitutus quartus, & si hæres non esset secundus, fuit substitut⁹ quintus.Dy.dicit ibi in tex.substituti.s.quartus, & quintus.Dicit text.ab vtroque hic respondet.& ibi, substituto.s.quarto, & quinto.

§.Seruo alieno, Seruo eius, qui est capax, põt relinqui, quod eidem seruo facto libero, relinqui posset, licet non eo mõ.h.d.Primò põit vnũ dictum. Secũdo rñdet cuidã obiectioni.Tertiò ponit vnã regulã Iuliani. Quartò ꝯ regulã format duo argumẽta ꝯria, & soluit. Quintò ex p̃dictis ponit vnã illationẽ.Sexto cõcludit ad primũ casum: Secunda ibi, cum.n.Tertia ibi, & ideo.Quarta ibi, calũniosa.Quinta ibi, ex illo. Sexta ibi, ita non mirũ.In prima parte casus est facilis.In secunda parte sic forma casum.Contra p̃dicta faciũt oẽs leges, quæ dicũt, in legato facto seruo inspicitur capacitas, & incapacitas dñi. Ad hoc rñdet Iurisconsultus, ꝙ est verum in gñe, ꝙ oportet dñm esse capacem, sed nõ reqrit in spẽ, ꝙ res legata seruo possit legari dño, quia ex psona serui cõsistit legatũ, adeo ꝙ ipse liber fact⁹ caperet pro se.h.d.Tertia pars est clara, ꝙ istud demum p̃t relinq seruo, ꝙ ei posset relinq, si esset factus liber.h.d.Venio ad quartam partẽ.s. ad ver.calũmniosa.in qua format casum ꝯ regulam iuris.vr̃ quod si relinquuntur seruo decẽ annua, quãdiu seruiat, valet legatum: & tñ liber factus capere non posset.Ad hoc rñdet Iurisconsultus, ꝙ ista obiectio est calumniosa, & ꝯtinet fallaciam accidentis, quia fit mutatio de quid in quale.Nã Iulia.dicit, ꝙ id demũ p̃t seruo relinqui, qd facto libero capere possit, nõ aũt dixit, qd taliter põt relinqui seruo, qualiter libero, & econuerso.Ad qd tendit ratio facta in ꝯriũ.Decem.n.relicta posset capere liber, nisi fuisset adiecta illa qualitas in legato.Vel possemus aliter dicere, & sic ƒm gl.formando obiectionẽ, vt s̃.& rñsio fiat sic.Dictũ Iuliani loquit, qñ relinquitur aliqđ legatum, qd potest cedere ad vtilitatem serui: sed istud non est huiusmodi, quia solum concernit vtilitatem dñi, ergo non est ꝯ Iulianum.¶ In text.ibi, nam & hoc legatũ, s.de quo locutus est Iulian⁹.Sequit in tex.ex psona serui vires accepit. Dic, hoc est, si ex persona serui acquirat dño, & si liber fieret, acqreret ipsi seruo: sed legatũ, de quo obiicit, solũ psonã dñi respicit.& ista lect.tangit in gl.sup ver.accepit.in fi.¶In ver.alioquin.ponit secũda obiectio ꝯ Iulianũ de seruo, q non p̃t effici liber: ergo dño acquirere non p̃t, quia sibi seruo non p̃t relinqui, quia liber capere non p̃t ƒm reg.iur.Dicit Iuriscõsultus, si calumniosè intelligeremus dictũ Iuliani, reprehenderemus leges hoc dicentes, ꝙ per talem seruum q̃ratur dño, subaudi, sed intelligẽdo rectè illæ leges bene dicũt.Ad ꝯriũ responde, quia obiectio negat contingentiã, quam Iulianus ponit.Dicit.n.ꝙ illud põt seruo relinqui, quod liber capere posset, si ꝯtingat, ꝙ liber fiat.Ista obiectio ponit casũ, in quo non p̃t contingere, ꝙ sit liber: & sic non faciat aliquid ꝯtra Iulianũ.Sequitur in tex.& ideo.ista, & aliæ partes sunt claræ. Op. ad prin.j̃.de reg.Cato.l.j.Sol.vt ibi.Non.n.habet locum reg.Catoniana, quãdo legatũ nõ valeret ab initio propter personam legatarij.Op.ad reg.Iul.j̃.ti.j.l.fideicommissa.§.si seruo.vbi non põt legari seruo illud, qd posset capere factus liber. Gl.dicit, ꝙ regu.Iuliani non est vera in omni re, & in omni tpe.Tu dicas regulam esse veram in omni re, & in omni tpe: quod apparet, quia diffiniendo dixit, & ponendo regulam. Sed intellige eam, ꝙ legatum factum seruo valeat, vt sibi acquiratur, si cõtingat eum fieri liberũ: & si hoc non contingeret, tunc non valeret, si dño acquiri non possit, vel ipsi seruo.Sed in lege ꝯria non contingit seruum fuisse liberum, ideo legatum non valet: si contigisset, valeret. Op.de l.si mihi, & tibi.§.regula.s̃.ti.i.Sol.vt ibi. Vltimò gl.allegat bonam legem pro reg Iuliani, s.l.& si maxime.infrà, de ser.lega.

LEX LXXXV.

Latinus. Conditio adiecta fideicommisso intelligitur repetita in substitutione facta circa idem de ea persona.h.d.Op.dicitur hic, ꝙ fideicommissum non videtur repetitum à substituto.Contra, de l.licet.s̃.ti.j.Sol.hoc ideo, quia eadem persona est substituta, & eidem fideicommissum est relictum, d.l.licet.in fi.Item quia esset repugnantia, ꝙ vna, & eadem persona esset instituta, & sibimet deberetur fideicommissum: & ideo eligit alterum, l.recusare.§.Titius.infrà, ad Treb.

LEX LXXXVI.

Si quis seruo. Si libertas per fideicommissum debita retardetur, nihilominus ipsa, & fideicommissum pecuniarium debebitur.h.d.

LEX LXXXVII.

a Creditorem.[a] Si debitor legat creditori, in dubio non intelligitur animo compensandi.h.d. istã materiam declara, vt in l.si cum dotem.§.si pater.supra, sol.matr.

ADDITIO.

a Ale.Creditorem Vide Bar.in l.huiusmodi.§ cum pater.suprà, ti.j.

LEX LXXXVIII.

a **Caius.** a In legato generali non continentur noīa debitorū.h.d.Op.suprà,ti.j.l.seruum filij.§.eū,qui chirographū. Dicit gl.solue,vtibi.Dic,ꝙ ibi legauit chirographum specialiter: hic generaliter legauit omnia,quæ in domo sunt, in quo legato non venit chirographum.Secus si vniuersaliter legaret mensam. vel Calendarium,l.cum pater.§.mensæ.s̃.e.& l.qui filium.j̃.tit.j.& per Cy.C.locati.l.certi iuris.in 4.q.quod no.

ADDITIO.

a Alex.¶Caius.Et per istum tex.decidit Bal.quæst.no.in l.2.C.quæ res pig.ob.pos.

a **§.Titius.** a Diuisio gratia vberioris culturæ diuersos fundos non facit.h.d.

ADDITIO.

a ¶Titius.Facit ad hoc quod no.Bal.in l.licet.C.de acq.pos.in vers.vlterius adde, no.per bal.alias bar.in l.j.infrà,de reb.dub.& ang. in d.l.licet. adde no. per hunc tex,in l.3.in prin.infra,de acq. poss.

LEX LXXXIX.

1 *Regula,quod duæ causæ lucratiuæ non possunt in vna re concurrere,non habet locum in legato quantitatis.*

2 *Legata mina frumenti quando intelligitur de ipso frumento,& quando de ipso vase.*

3 *Iussus rem comparare an sit obligatus ad factum,an vero ad quantitatem.*

4 *Testator quando iussit rem comparari,& sic factum est in obligatione,æstimatio succedit in duobus casibus.*

5 *Testator iubens rem emi,in dubio intelligitur de pecunia hæredis.*

1 **Titia seio.** †In legato quantitatis non hēt locū regula de duabus causis lucratiuis.h.d. ſm vnam lectu.s. ſm illam, ꝙ fuit legata tessera frumentaria,hoc est frumentum, qđ est ad mensuram vnius tesseræ.Huic lect.concord.j̃.de sol.l.si quis duos.§.j.Scđo mō legitur,ꝙ hic fuit legatum vas, cum quo mensuratur,nō quantitas,q̃ mensuratur,& ſm istam.h.d.Qui iubet rem alteri comparari,non vř rem legare,sed æstimationem: & ideo re habita ex cā lucratiua actio non extinguitur,h.d.Huic
a lect.magis applaudit litera.No.tn̄.ex ista† diuersitate,quod si testa
2 tor legat minam frumenti,intelligitur de frumento,non de ipso vase.Sed si legaret corbem,vel minam frumentariam, tunc posset esse dubium,vt colligitur ex literis hic positis.Credo tamē,ꝙ
3 tunc magis de vase intelligeretur ſm lect.illam.† Op.si iussit cōparari tesseram,factum est in obligatione,non quantitas,l.fideicommissa.§.fin.j̃.ti.j.Sol.qn̄que legatur species,& tunc ipsa est in obligatione,& petitione,vt s̃.tit.j.l.si domus.§.cum alicui. quod intellige,vt dixi s̃.eo.ti.l.Lucius.s̃.ti.j.l.plane.§.quod si rē. Qn̄que legatur pretium rei,& tunc æstimatio tantum est in obligatione, l.fundum Cornelianū.j̃.de noua.& l.si alij.in fi.s̃.de vsuf. Qn̄que legatur factum,s.ꝙ testator iubet rem comparari, & tunc ipsum
4 factum est in obligatione.l.fideicommissa.§.si rem.j̃.ti.j.† Sed æstimatio succedit in obligatione in duobus casib.intelligo ī isto facto,qn̄ iubetur res comparari.Primo post mortem hæredis, vt l.patronus.in prin.j̃.ti.j.Secundò qn̄ illud factum desiit posse im-
5 pleri,qa illa res,quæ debet emi est effecta legatarij,vt hic.†Quæro,testator iubet emi, de cuius pecunia intelligitur? Rn̄.in dubio de pecunia hæredis,vt hic,& l.his verbis.§.fi.s̃.tit.j.& l. Stichus.e. tit.& l.sed & si susceperit.§.j.suprà,de iud.

ADDITIO.

a barb.¶No.tamen.Et vide Pe.in c.indicante.de testa.

1 *Priuilegium finitur finita causa priuilegij*

2 *Vxor rebellis si ex forma statutorum non potest stare in ciuitate, ea effecta vidua poterit stare.*

3 *Interpellatio sola sufficit ad constituendum quem in mora, & quando, & quod necesse non sit dicere,& peremptoriè.*

4 *Instantia si ex forma statuti pereat termino quinque mensium, nisi steterit per actorem sufficit actorem semel interpellasse iudicem,vt non stet per eum.*

a **§.Vsuras.** a†Finita causa priuilegij finitur priuilegium, &
1 ad moram sufficit vna interpellatio.h.d. Op. priuilegia dn̄t esse perpetua,l.falso.C.de diuer.rescri. Sol.vt not. per
b Dy.in c.decet.extra,de re.iu.li.6.inducitur per b la.de Are.ad q.†di
2 cit statutum,quod vxores rebellium c non possunt stare in ciuita
c te,an si remanserint viduæ,possint reuerti:Hic vř,ꝙ sic,quia finita causa odij vř finiri odium.Facit s̃.de post.l.cui eorū.§. affinita-
3 tes.¶†Vltimò nota,d ꝙ sufficit, ꝙ semel quis interpellet,vt hic,
d & l.mora.in princ.s̃.de vsur.& ibi gl.super verb. repetendi.& j̃.ꝙ vi,aut clā.l.prohibere.§.illud.& quod ibi no. Fallit s̃. de pign. act. l.si conuenerit.Per hoc apparet,ꝙ in protestatione,seu interpellatione non teneatur quis dicere,& peremptoriè, cum quælibet
e interpellatio sit peremptoria. Sicut dicimus in dilationib.f quæ
f dantur ad probandum,l.in pecuniariis.s̃.de feriis.†Item per hoc
4 dixi,statutū est hic;ꝙ instantia pereat quinq; mensib. nisi p actorem non steterit:actor interpellauit semel iudicem, ꝙ proferret sententiam,certè satis est,vt perpetuò videatur stare per iudicē, vt hic,nec habet actor necesse singula die interpellare iudicem, vt hic.Facit l.male agitur.C.de præscr.30.ann.

ADDITIONES.

a alex.¶Vsuras.Et gl.1.hic reprehendit bal.in l.fi.§.præterea.C.de iur.d.
b Barb.¶Inducitur per.Et vide bal.in l.filium.de his,qui sunt sui,vel alie.iu.& in l.2.C.de Epis.& cle.& ang.in l.cui eorum.ff.de post.& in l.cum acutissimi.C.de fideicom.& in l. voluntas,eo.tit.

c Alex.¶Vxores rebellium.Et vide in l.quoties.in princi.& quod ibi no.C.de pri.scho lib.12.Tu vide Bal.in l.cum acutissimi.C.de fideicom.& l.voluntas.eod.titu.sed contrarium ipse tenet in l.2.C.qui ad li.perue.non pos.& vide quæ habes in l.sed si hac.§.parētes.de in ius voc.

d ¶Vltimo.no.& vide Bart.& quod ibi scripsi post eum in l.de pupillo.§.si quis ipsi Prętori.de oper.noui nun.
Poma.Vide Pau.consi.7.in vlt.col.in 2.dub.in 2.vol.Fel.in c.cum M. Ferrariensis. versi. septima conclusio.& in c.ex literis.ver.11.col.1.de consti.

e Alex.¶Sit peremptoria.Not.quòd quælibet interpellatio intelligitur peremptoria,ita & in terminis datis ad probandum,facit quod no.Bar.de ver.peremptoriè.in l.si finita.§. Iulianus.de dam.infec.circa prin.vbi dicit,quod quotiescunque in actu non requiritur necessaria sententia iudicis,simpliciter citatio habet vim peremptorij, & vide Ang.& Imo.in l.1.§.hæc stipulatio.infra si cui plus,quàm per leg.Falc. Facit quod no.Bart.in l. qui Romæ.§.cohæredes.de ver.obl.Idem in denunciatione fienda venditori, quia sufficit vna secundum Inn.in c.cum nobis olim.de elect.& sequitur Bal.in c.j.de mili.va. qui contu.est.In.in d.c.cum nobis.& adde Bar.in extraua.ad reprimendū, in ver.in termino.& Imo.in d.§.Iulianus.& Bal.in Auth.item nulla communitas.de epi.& cle.Bart. in l.mora de vsu.& quod ibi dixi contra Bar.& Bal.in auth.si appellatione.C.de temp. appe.qui tenet aliter ad fin.& in dubio videtur perire ad defectum actoris:sed hoc non præsumitur,vide cautelam positam in l.fi.C.de adult.scilicet vt offerat apud acta,&c. Adde,quod vnica interpellatio sufficiat,Ab.consilio 7.2.lib.& quod sufficiat semel interpellare iudicem,sequitur Pau.de Cast.consi.27.

f Pom.¶Dilationibus.Vide Fel.in c.causam.de prob.& Alex.in l.vinum.ff.si cert.pet.

a **§.Seia libertis.** a Fideicommissum relictum ab vno ex heredib. qui vltimus decesserit, facit videri heredes inuicem substitutos.h.d.sing.casus est.Opp.de l. vel singulis.s̃.de vul.& pup.Dicit glo.ꝙ hoc n̄ē ex vigore illorū verborum,qui vltimus decesserit,sed quia præcepit fundum nō alienari.Dyn.dicit,ꝙ ista substitutio intelligitur ex vigore illorū verborum,qui vltimus decesserit.& secundum istam sententiā probatur in text.ibi:in secunda tamen adiecit,&c. Et ad contrarium respon.Dyn.ꝙ d.l.vel singulis.loquitur in substitutione directa,in qua non substituitur quis,nisi in hæreditate vltimi decedentis,hic loquitur in substitutione fideicommissaria, in qua vltimo decedens grauatur in toto fundo.Et sic ibi institutio pupillaris,q̃ fit personæ,quæ est prouisio non prouidendo, non sequitur,ꝙ aliis prouidere voluerit:quia p̄t vni prouidere, & non alij:hic in fideicommissaria substitutione: quæ est grauamen,& sic potius est facta substitutio in rem,quàm personæ, quòd not.

ADDITIO.

a Poma.¶ Seia libertis.De intellectu huius legis vide per Ale.in l.pater filiam.§.fi.ff.ad l. Fal.& per eum in l.pen.C.de nup.Barb.consi.13.inserto in consi.Ale.in 4.vol.& vide etiā istum tex.alleg.per ale.in l.cum filiofamilias.ad fi.ff.de leg.1.

1 *Donatio inofficiosa qualiter reuocatur.*

2 *Donatio per superuenientiam liberorum reuocatur ipso iure,inofficiosi querela non proposita.*

3 *Donationes,quando diuersæ diuersis temporibus sunt factæ,& vltima tantum fuit inofficiosa,an omnes reuocentur,remissiuè.*

4 *Filius cuius portio fuit extenuata per donationem inofficiosam,si fuit hæres institutus,& hæreditatem agnouit:agit ad supplementum.*

5 *Donationem inofficiosam iuratam filius reuocare potest per querelam,iuramēto non obstante.*

6 *Donatio facta monasterio,per superuenientiam liberorum,an in totum,vel vsque ad legitimam reuocetur.*

7 *Renunciari licèt possit l.si vnquam.C.de re.don.non tamen tenet:quin possit reuocari per querelam.*

8 *Donatio simpliciter facta an,& quando reuocetur per superuenientiam liberorum.*

9 *Dispositio l.si vnquam,quod habeat locū etiā in vna re quādo donatio fuit facta extraneo.*

10 *Donatio,quæ est reuocata per superuenientiam liberorum ipsis mortuis nō reconfirmatur.*

11 *Donatio si est facta,& iurata non reuocare,si liberi postea nascantur,tale iuramentum non impedit reuocationem.*

§.Imperator Alex. Donatio inofficiosa collata ī filium:vel nepotem vsque ad legitimam reuocatur.h.d.& iste.§.& sequens tractant de materia inofficiosæ donationis,& non alibi,principaliter in toto libro Pādectarum.Opp.quòd non reuocetur in dimidia,sed vsque ad legitimam.C.de inoffi.dona.l.si totas.& l.si liqueat.eod. tit.Huius timore sunt opi.Prima Azo.qui dicit,ꝙ reuocat̄ vsque ad legitimam,per dictas leges,& C.de inoffi.testam.Auth.vnde si parens. & hic exponit pro dimidia.s.legitimæ,vt hic in glo.Ista opin.nō est vera,nam plus iuris habet in bonis filius, quàm patronus,l.si quis legatum,§.fi.j̃.de fal.& ibi not.Sed patronus reuocat in totum,l.si libertus.§.pen.j̃.de iure patronatus.ergo &c.secundum Petrum.& ideo Hug.distinguit,aut donatio fuit inofficiosa re,& cōsilio,& reuocatur in totum,vt hic.Aut fuit inofficiosa re tantum,& reuocatur vsque ad legitimam,d.l.si totas.& authen.vnde si parens.Ista distinctio non videtur vera,quia etiam quando est inofficiosa re tantum,reuocatur in totum,l.si vnquam.C.de reuo.dona.Vnde Dyn.distinguit,aut pater donauit ante natiuitatem filiorum reuocare volentium,aut post.Si ante tunc aut donatur alicui ex liberis,aut extraneis.primo casu reuocatur vsque ad legitimam.d.l.si totas. secundo casu reuocatur in totum, d.l.si vnquam. C.de reuoc.donat.Si verò donauit post natiuitatem,

tē filiorū reuocare volentiū,& tunc Dy.tenet distin.Hugonis,ꝙ
aut est inofficiosa re,& consilio,aut re tantum.Ista distinctio Dy.
non placet.Nam reuocatio,quæ fit per l.si vnquam.C. de reuoc.
do.distat multum ab illa,quæ fit per titulum de inof.do.& per re
scriptū Principis,de quo hic loqtur.nā illa,q̄ fit ex l.si vnq̄.fit ex
voluntate donantis.q ignorans se hr̄e liberos,donauit:ꝑ qđ taci
tè videbat̄ in volūtate sua,ꝙ si liberi sibi nascerent̄,posset reuoca
re,& hoc saltē ex iuris ꝑsumptione.Sed reuocatio, quæ fit per ti-
tulum de inof.do.fit ꝯ voluntatē defuncti.q voluit filiis præiudi
care q̄tum potuit,nec illa fit,nisi ꝓposita querela.Itē in 2.mēbro,
qn̄ Hug.dt,aut donatio est inofficiosa re,&ꝯsilio,& reuocat in to
tū,est ꝯ casum legis,si liqueat.C.de inof.do.vbi est inofficiosa re,
& ꝯsilio,& nō reuocat̄,nisi vsq; ad debitū bonorū subsidiū.¶ Di-
1 stingue ergo sic:† Aut quæris de reuocatione,q̄ fit ex præsumpta
voluntate donantis ꝓp liberos superuenientes:aut de reuocatio
ne,quę fit ex ti.de inof.do.Primo casu aut collata fuit donatio in
libertū,vel extraneum,& reuocatur in totum,l.si vnquam.C. de
reuo.do.Si verò in filiū,reuocat̄ vsq; ad debitū bonorū subsidiū,
l.si totas.C.de inof.do.licèt gl.ibi nō vsquequaq;. bene ītelligat.
Secundo casu aut donatio fuit collata in vnū ex liberis,& reuoca
tur vsq; ad debitū bonorū subsidiū,ēt si fuit inofficiosa re,& con
a silio,ᵃ d.l.si liqueat.C.de inof.do.Aut fuit collata in extraneū,tūc
aut illi filio,qui vult reuocare,fuit aliquid relictum,& agit tātum
ad supplementum legitimæ.l.omnimodo.C.de inof.test.& no.in
l.j.& in l.fi.C.de inof.do.Aut sibi nō fuit aliquid relictū,& tūc aut
donatio fuit inofficiosa re,& ꝯsilio,& reuocatur in totū,l.si liber
tus.§.pe.de iu.pa.Aut fuit inofficiosa re tantum,& reuocatur vsq;
ad debitū bonorū subsidiū.ita dʒ intelligi l.j.2.3.& 4.& l.cū dona
2 tionib.C.de inof.do.¶ Quærit gl.† an ista donatio reuocatur ip-
so iure,vel querela proposita?& remittit ad no.in l.si totas. C. de
inof.do.Tu dic,ꝙ reuocatio,quæ fit ex præsumpta voluntate do
nantis per l.si vnquam.fit ipso iure,adeo ꝙ res pōt vendicari, &
possessio condici,vt ibi no.Sed reuocatio, quæ fit per ti. de inof.
do.nō fit nisi ꝓposita querela,d.l.j.& quod ibi no.C.de inof.don.
3 ¶ Quærit gl.† quid si diuersis temporibus donauit,& vltima tan
tum est inofficiosa,an omnes reuocentur?Dic,vt in gl.hic,& in d.
l.j.C.de īof.do. & ibi per doct. & alia circa materiam inofficiosæ
4 donationis dic,vt ibi gl.& doc ¶ † Vltra eam tamen,& ea quæ tā
guntur per oēs,quæro quid si hic filius,cuius portio est extenua
ta per donationē,fuit hæres institutus,& hæreditatē agnouit,an
possit agere ex titulo de inof.do.Rn̄.agere ꝑt ad supplementum,
vt no.ī d l.j.C.de inof.do Pro hoc C.si quid in frau.pat.l.j.& 2.vbi
patronus lʒ sit hr̄s, ꝑt reuocare in fraudem alienata. Pro hoc C.
de rei ven.l.cum à matre,& l.scimus.§.in computatione.in gl.ma-
5 gna.C.de iure deli.¶ † Quæro,mater,ᵇ & pater,ᶜ qui donauit inof
b ficiosè,iurauit nō venire ꝯ,an filius ꝑt agere querela?Rn̄.qn̄ con
c tractus infirmatur rōne alterius, nunq̄ iuramento contrahentiū
ꝯfirmatur,quia esset in alterius dispendiū,vt extra de pac.ca.quā
uis.de iureiu.c.licèt. lib.6.sed hic donatio inofficiosa infirmatur
6 fauore filiorum,ergo,&c. ¶ † Quæro,dixi,ꝙ donatio facta vni
ex liberis nō reuocat̄,nisi vsq; ad legitimam,d.l.si totas.quid si do
d natioᵈ est facta vni monasterio,ᵉ an propter liberos superuenien-
e tes reuocetur in totū,vel vsq; ad ltīam?Decretū dicit,ꝙ nō habet
necesse reddere,nisi legitimam:sed si vult,ꝑt reddere totum. 17.
q.4.c.vlt.& al.gl.C.de epis.& cle.l.si quis ad declinandam.¶ Quæ
f ro,vtrumᶠ l.si vnquam.C.de reuo.do.† possit renunciari,vt puta
7 dono bona mea & volo,ꝙ propter superuenientes liberos non
possit reuocari?Rn̄.ꝑt q̄tum ad illam reuocationem,quæ dʒ fieri
ipso iure,per d.l.si vnquam.sʒ nō q̄tum ad reuocationē fiendam
per ti.de inof.do.quia fit donatio in fraudem filiorū.Primo pro-
bo.Reuocatio,quæ fit per l. si vnq̄. fit ex præsumpta volūtate do-
nantis ꝓp liberos,& d c.vl.ſ.al.dicit de muliere,q̄ filios non habe
bat,nec habere sperabat.Vnde si expressè voluit,ꝙ in casu existē
g tium filiorum nō possit reuocari,illæ ll.nō habent locū.ᵍ ¶ Quæ
8 ro,† qđ si in dubioʰ qs donauit simpl'r,postea habuit liberos,an il
h le,qui donauit,habeat necesse probare,ꝙ nō cogitabat se habere
filios:an alius,cui donauit,habeat necesse probare , ꝙ voluit istā
donationē valere,ēt existentib.liberis?Istud vltimū vr̄ ꝓbari : qa
masculum,& fœminam natura ꝓduxit,vt liberos ꝓcrearēt,l.ma-
ximū.C.de li.præt.& l.j.so.ma.Dixi cū de facto haberē, ꝙ tres sunt
i casus.Qn̄q; quis cogitat expressè se habiturum filios, & nō hʒ
locū d.l.si vnq̄.Facit l.tale pactum in fi.ſ.de pac.Qn̄q; quis donat,
& non cogitat de hoc,vtrū sit habiturus filios,vel nō:tunc si libe
ri superueniant,hʒ locū l.si vnq̄.Qn̄q; quis credit se nō posse hr̄e
filios,& tunc hʒ locum d.c.vl.ſ.al.quod dicit.nec speraret se hr̄e
filios.Sed ille nō cogitat sic,vel non putat se habiturum filios,cū
habuit animum differentem,nec ad aliquam partium cogitauit.
9 ꝓ hoc ĵ.de fur.l.falsus.§.si iactū.¶ † Quæro,l.si vnq̄.ᵏ loquitur de
k eo,q donauit oīa bona sua,vel partē bonorū:qđ si donauit vnam
l rem,ˡ an habeat locū d.l.si vnq̄?Rn̄.sic,nā l.si vnq̄.loqt̄ in omnib.
bonis vł parte bonorū:sed pars bonorū est idē,ꝙ certa res,qa nō
ꝯtinet debita, vel credita,l.non amplius.§.fi.ſ.ti. 1.maximè in cō-
tractib.inter viuos,l.mulier.in princ.ſ.de iure do.& hoc, qn̄ do-
natio est facta extraneo:secus si vni filio,vel loco pio, qa non re-
uocaretur,nisi excederet debitum bonorum subsidiū,per ea,quę
10 dixi ſ.¶ † Quæro,pone,ᵐ filij sunt nati;& sic donatio est reuoca
m ta ipso iure,demum incontinenti sunt mortui,an ista donatio re
confirmetur.Istum passum reperio tactū per Mart.de Fano,& vr̄,
ꝙ confirmetur,l.posthumus.de iniu.resi.& l.fœminæ.in fin.C.de
sec.nup.pro hoc omnes leges,quæ dn̄t,cessante causa,cessat effe-
ctus.¶ In contrarium,ꝙ non confirmetur,quia sicut actio semel
extincta non resuscitatur:ita donatio semel extincta non recon-
ualidat,l.Mæuius.§.duorū.ſ.eo.l.qui res.§.area.ĵ.de solut.Pro hoc
videtur casus.ĵ.ad Treb.l.hæredib.in prin.de ope.lib.l.quæ liberti
nus.§.amissi.& l.4.C.quando dies leg.ce.Non ob.l.posthumus.qa
ibi confirmatur testamētum de æquitate ꝑtoria,quæ æquitas hic
non reperitur scripta.Nec ob.reg.cessante cā,&c.quia illa loquit̄,
quando causa cessat ante effectum consummatū.Secus si effectus
est consummatus,l.fi.ĵ.vnde lib.sed filio nato ipso iure est reuo-
cata donatio,& sic effectus est consummatus.Pro hoc tex.in d.l.si
vnquam,vbi dicit,mansurum,q.d.non recessurum dominium ēt
filiis morientibus.Non ob.l.fœminæ,quia lex ibi vltrà procedit.
11 ¶ † Quæro,mulierⁿ donauitᵒ simpliciter,& iurauit se non reuo-
n caturam illam donationem:nati sunt filij postea,an iuramentum
o reuocationem fiendam impediet,per d.l.si vnq̄.In hoc pūcto do.
Recu.de S.Miniato.& Fran.de Pig.& ego consuluimus,ꝙ per tale
iurm̄ non impeditur reuocatio.Nam illa reuocatio l.si vnq̄.fit ex
præsumpta voluntate,quæ est,vt si de liberis cogitasset, non do-
nasset.Sed ista eadē cōdō inest in iurō,ergo non impedit reuoca-
tionē:in simili in l.fi.C.de nō nu.pe.& l.fin.ſ.q satid.cogan.& ĵ.ad
muni.l.fi.in prin.& l.fi.qui,& à qb.& illud,qđ doc.dn̄t,qn̄ quis iu-
rauit non petiturum reduci arbitramentum ad arbitrium boni
viri:quia intelligitur,si iustè arbitratus fuerit,l.si libertus ita iura-
uerit.de operis liberto.& in c.quintàuallis,extra,de iureiuran.

ADDITIONES.

a ¶ Re,& cons.Adde Roma.cons.95.& bald.cons.341.2.lib.& ibi an reuocetur ipso iure.
b Alex.¶ Quæro,mater.No.limitationem,quando cōtractus infirmatur ratione alterius, non firmatur iuramento contrahentium.Adde,quod no.Bar.in l.hac edictali,in prin.de secun.nup.& no.per Bar.post gl.no.in l.inuitus,§.j.de re iudi.& vide quod no.Bal.in l.2. C.de do.& cum Bar.transit Bal.in l.j.C.de inoff.don.& Ludo.in cons.inci.in Christi nomine,non est dubium,ꝙ donatio,&c.vbi hoc firmat,vt ibi per eum.
c Poma.¶ Et pater.Adde secus,quando pater donaret cū iuramento vni ex ipsis,quia hic tractatur de præiudicio alterius.De quo per alex.cons.150.inci.viso instrumēto.in 2.vo. are.cons.77.inci.in facto proposito.ad fi.& in l.placet.de acq.hære.ale.in l.si donatus,& ibi per mod.C.de col.Ias.in l.frater à fratre.in fi.ff.de cond,ind.in quibus consistit donatio inter patrem,& filium:vide alex.cons.154.in 2.volum.aret.cons.17.in 4.volum.Bald.in consi.36.in 4.volumi.& ista opinio Barto.est communis,licèt de ea dubitauit Ful.consilio 199.
d Barb.¶ Donatio.Et vide gl.in c.fi.de do.& ibi doc.
e ¶ Monasterio.adde videndum Bal.cons.341.2.lib.
f Barb.¶ Quæro,vtrum.Et vide pro hoc Bal.in l.j.C.de inoff.do.& quæ dixi in repe.in ca. Ray.de testa.
g ¶ Non habent locum.adde Roma.cons.26.vbi pulchrè,quem tu vide cons.269.in fine.
h Barb.in dubio.Et vide Io.de Imo.in c.fi.de do.
i ¶ Filios.Vide Bal.in d.l.si vnquam.
k Pom.¶ Quæro,l.si vnquam.Vide alex.& Doc.in simili in l.generaliter.§.cum autem,C. de inst.& subst.& ibi de hoc per Ias,alex.cons.71.in 4.vo.Facit gl.in l.j.in prin C.de do. cau.mor.
l ¶ Vnam rem.adde Bal.cons.83.j.lib.
m barb.¶ Quæro,pone.Sed bal.in l.j.C.de inoff.do.dicit,ꝙ si pater vixit tanto tempore, quo potuit reuocare donationem,nō procedit dictum bar.aliàs secus.Vide ibi per eum quem sequitur Io.de Imo.in c.fi.de do.vt oriatur inde exceptio.Tu vero considera:quia Bal.in l.fi.C.de pac.dixit,quòd si filia renuntiauit hæreditatem paternam respectu filiorum,& filij sunt mortui,aut ipsa facit,ꝙ non obstante dicta renunciatione poterit venire ad hæreditatem paternam,quia cessante cā,&c.alleg.in ar.l.iubemus,C.ad Velleia. Facit l.si actione,C.de pac.tenet bal.in l.pac.C.de col.Lu.Rom.in l.qui superstitis,ff.de acq.hær.ita dicamus in casu nostro.
Poma.¶ Vide multa ad confirmationem per Ias.in l.si quis hæredem,C.de inst.& subst. adde bal.in l.j.in vlt.col.C.de inoff.test.& adde bal.alle.cons.461.2 libro.
n alex.¶ Quæro, mulier.Idem tenet bal.in l.j.de inoff.do.in vlt.q.bene facit quod no.barto.in l.hac edictali.in fi.prin.de secun.nup.& cum bar.hic transit Roman.in cons.incip. in Christi nomine,non est dubium,quòd donatio maioris partis,&c.adde Oldra.consilio alleg 73 & de muliere simpliciter donante cum iuramento per eundem cons.228.
o Poma.¶ Donauit.Vide alex.cons.71.in 4.vol.Ro.cons.26.in 3.dub.Fel.in c.intimauit.in j.no.de testib.Ro.cons.279.

i *Reuocatio donatoris an sola sufficiat.*

§.Lucius. Is,cui donatur inofficiosè,potest onere fideicōmissi grauari.Item querela potest in modum re-
plicationis proponi.h.d.¶ Nota,quòd illud,quod permittitur cō
tra voluntatem defuncti,multo magis debet permitti secundum
voluntatem. Opponitur,quòd ista donatio non reuocetur,nisi
proposita quærela,vt supra prox.§.& C.de inof.dona.per totum:
ergo non potest per modum replicationis proponi, leg.exce-
ptionis.in fin.ĵ.de excep.Sol.potest dici illud verum,nisi testator
reuocauerit.Sed tunc opp.quia nō potest venire contra factum
suum,l.post mortem.suprà de ado.& l.post perfectam.C.de don.
quæ sub modo.Respon.illud verum,quando donatio valet om-
1 nino,sed hic poterat aliquo modo reuocari. Fateor tamen,† ꝙ
sola reuocatio defuncti non sufficeret,vt in contrario:sed volun
tas defuncti mista cum voluntate legis benè inducit reuocatio-
nem,vt hic.Vel dic,quòd in ipsa reuocatione proponetur que-
rela

a rela.[a] Simile in querela inof.testi, l.Papin.§.si filius.ff.de inoff.test. Idem in petitione restitutionis in integrum,l.nā & postea.§.si minor.ff.de iureiu.vt ibi dixi.Facit l.si præteritus.j.de ꝯta.& ibi dicā. Ex his apparet soluta qō,an ista reuocatio pris irritet donationē quæ tangitur hic in gl.q̄ incip.venit.&c.Nam sola reuocatio nō sufficit,sed illa mista cū ptāte cōcessa filio à lege,vt hic.¶Vltimò posset qri,qn̄ querela inof.test.vel iofficiosæ donationis,vel ꝯta. vel restit.in integ.proponitur per modū exceptionis,an sit opus noua contestatione,vel an sufficiat prior litis contestatio in cā, in qua opponitur exceptio earum?Cogitabitis.Bar.

ADDITIO.

a ¶Querela.Adde Bal.in l.j.de inof.don.facit l.2.& quod ibi no.C.e.ti.& ibi aliquid dixi.

LEX XC.

1 *Sententiæ verba non deberi id,quod testator in vsus suos conuertisset,intelligūtur ita,quòd conuersum duraret.*

Lucius. In legato vniuersitatis cedit,quod ex ea deducitur, si in eam postea redigatur.h.d.Opp.ff.tit.j.l.si ita.§.fi. vbi domo destructa,postea per testōrē refecta nō debetur.So.ibi loquitur in legato singulari,hic in legato vli.Vltimò not.text.in 1 prin.† ad verba sententiæ,quæ dn̄t,non deberi id,ꝙ testōr in vsus suos conuertisset,quia intelliguntur ita,ꝙcōuersum duraret tpe mortis,quod potest facere ad multa.

1 *Nudus minister nullum commodum sentire debet.*

2 *Testator si legat decem pro eundo in passagio ad terram sanctam,legatarius nō petit statim,sed quando fiet transitus generalis.*

Dictio pro.facit modum.

1 **§.A te peto.** † Nudus minister nullum commodum sentire dēt.h.d.Op.ꝙ illud,quod non est expensum,cedat cōmō Lucij,non hæredum,l.creditor.§.si inter.ff.man. Dicit gl.ꝙ hic fuit nudus minister,in ꝯrio sec9:quia poterat sustinere commodum. Hæc non vr̄ vera,quia hic verba dispositiua fuerunt in ipsum Titium collata,& sic non est nudus minister,l.si quis Titio.ff.eo.& ibi dixi.& l.Sulpitius.de do.inter vir.&vxo.Dic ergo,ꝙ hic rō est,quia actus,ꝑ quem legabatur pecunia, nō hēt expensam limitatam.Pōt.n.plus,vel minus expendi ſm voluntatē facientis,quia posset sepelire defunctum cum vna candela,&etiā potest habere plures cereos.Si igitur minus expendatur, videtur per eum stetisse,& residuum nō lucratur.in ꝯrio actus,qui iungea batur,habebat limitatas expensas.¶Dy.inducit[a] istū §.ad q.testa2 tor † reliquit alicui decem pro eundo in passagio terræ sanctæ, ille statim petit legatum,hæres non vult dare,sed vult expectare tp̄s,qn̄ fiet transitus generalis,quæritur,quid iuris.Vr̄,ꝙ incōtinēti dēt hr̄e ꝑstita cautione de implendo modū:qa dictio,pro,facit modū,vt hic.Facit l.si quis ꝑ redēptione.C.de donation.Pro hoc b facit l.si ibi.j.ti.j.& de ꝯd.& de.l.qbus diebus.§.Termilius.In ꝯriūb ꝙ debet expectari,qn̄ fiet transitus generalis,ex præsumpta volūtate defuncti.facit in ar.l.nec semel.§.si in habitatione.j.qn̄ di.le. ce.& in hoc residet Dyn.De hac dictione,pro,an faciat modum, dixi in l.quibus dieb.in §.Termilius.de cond.& demon.

ADDITIONES.

a Ale.¶Dy.inducit.Vide Dy.& Imo.in d.§.Termilius,& de prædictis vide Bar.in cons.incip.Bar.de Tuderio,adde Pau.de Cast.cons.243.

b Roma.¶In contrarium.Vide Imo.cons.213.

1 *Statutum disponens,ꝙ habeat locum in præteritis,& futuris,non habet locum in præteritis finitis.*

§.Quæ marito. Cum iunguntur onera ꝑterita,& futura,intelligunt̄ de ꝑteritis ꝑcedentibus nondū finitis.h.d.No.qd̄ dixi in summario,quod est notabile pro determinatione,quam pono in l.omnes populi.de iust.& iu.vt si 1 † dicatur in statuto,ꝙ habeat locum in præteritis,& futuris,ꝙ ꝑ hoc non trahitur ad præterita finita,vt hic. Et intelligo finita,s. per sententiam,vel transactionem,l.causas.C.de transac.vbi vr̄ casus,& vr̄ tex.in l.2.in fi.C.de vete.iu.enu.Idem si essent solutione finita,vel acceptilatione,l.cum quærebatur.j.iud.sol.Not.ꝙcreditores dimissi de fructibus non veniunt in computatione,cum legatur hæreditas,dixi in l.cum filius.§.Lucio.ff.eo.Op.j.de cond.& de.l.quibus dieb.§.j.Sol.hic fuerunt dimissi creditores de fructib9 ibi aliunde,vt ibi no.

§.Quisquis. Legatarius,per quem nō stat,quo minus impleat modum,etiam si stet per casum,admittitur ad legatum.h.d.Quæro,cùm iste Pamphilus admittatur ad partē,quantum habebit?Gl.dicit,primo habebit suam dimidiam, & dimidiam alterius dimidiæ.Illa.n.quàm ille hæres defuncti habiturus erat iure hæreditario,accrescit heredi.Tu dicas,ꝙ coheres defunctus non erat habiturus illam partem,quæ sibi iure hæreditario obueniebat,sed accreuisset collegatario,l.legatum.§.hr̄di.ff.de le.j.& l.plane.§.si duobus.eo.ti.In casu vero huius §. Pamphilus habiturus est totam medietatem iure suo,alterius medietatis medietatem habebit iure accrescendi , quæ sibi accreuisset, etiam si collegatarius,idemque hæres vixisset,s.prout eam tangebat iure hæreditario.Aliā dimidiā illi9 medietatis,q̄ ille hr̄s habiturus erat iure prælegati,habebit iure accrescendi:ideo quia hæres decessit ante diem legati cedentē,& sic ille habebit totū.Alij dicunt,ꝙ hæres superueniens quasi ꝯiunctus re,& verbis hbeat totam dimidiam Lucij defuncti,quod Dyn.reprobat, quòd iste Pamphilius erat re, & verbis coniunctus per dictionem, cum,l. Titia.§.pe.ff.tit.j.

1 *Impediens testatorem instituere qua actione,& inquantum conueniri potest.*

§.Sempronia. Qui factum hæredis impugnat, non testamentum,non est indignus legato,h.d. Op.j.de his,quib.vt indig.post legatum.§.j.sol.Ibi impugnauit testamentum,vnde est indignus legato,quod dependet ex testamēto:hic verò impugnat factum hæredis,à quo legatum non depen1 det secundum gl.& benè.¶Quæro,† qua actione, & inquantum conueniri potest ille,qui impedit testatorem instituere in 1.gradu.gl.dicit,actione de dolo,vel in factum ad interesse:hodie con a ditione ex lege ad duplum,[a] auth.vt nul.iud.§.& hoc peruenit.Itē hoc intellige,quando quis hoc facit malitiosè: secus si blando b sermone [b] testatorem induxerit ad hoc faciendum,l.fi.ff. si quis ali.te.prohi.&ibi dixi de hoc.Et facit §.iste ad q.no.per gl.j.ad muni.l.Titio.& per gl.& doc.C.arb.tut.l.quicquid.

ADDITIONES.

a Io.Fr.Ru.¶Ad duplum.Adde,ꝙcontra bar.tenent Pe.Cy.Ray.&bal.hic,licèt Imo.teneat cū bar.ang.& ful.in l.j.C.si quis ali.testa.prohib.vbi Ias.dicit,ꝙ opi.bar.est vera,& cōis.

b Ale.Blan.sermone.Quid iuris sit in sacerdote,qui blandis verbis facit testatorem,ecclesiā,vel seipsum instituere,dic.ꝙ pœna excōicationis punitur,vt est casus in c.j.de pri.

§.Testator. Solutum ab hærede plus debito nō cedit ad incommodum aliorum legatariorum.h.d. ſm 1.lec.Vel aliter solutio aliquorum legatorū facta ante diem non ꝑiudicat hr̄di,vt alia legata ante diē soluere teneatur.h.d.Ad ſm casum op.de auth.ſʒ cū testōr.C.ad l.Falc.vbi si soluit̄ vni plus debito nō detrahēdo Falcidiam dʒ solui alteri. gl.dicit, ibi soluit plus re,hic tpe.Tu dic, qd̄ ibi soluit, erat indebitū iure ciuili ꝑ legem Fal.sed naturaliter erat debitum ſm defuncti voluntatē,l.1. C.ad l.Fal.Vnde soluēdo vni vr̄ oīa integrè soluere velle,&defuncti volūtatē agnoscere:hic vero soluit pl9 tpe ꝯ defuncti voluntatem.Opp.de l.j.C.de fideic.Sol.ibi speciale fauore alimentorum.

§.Lucius. Plures ꝯiuncti admittunt̄ ad viriles portiones;si res prohibent̄ alienari extra familiam. h.d. op.ff. de vul.&pu.l.si pater,& l.si quis Titio.ff.de vsuf.accre.& l.interdū. ff.de hæ.inst.& C.de impu.& aliis subst.l.fi.Sol.dicunt quidam,ꝙliberti admittuntur[a] in viriles,s.medietatis suæ,& sic inter oēs ha- a bebant dimidiam,& Seia aliā dimidiam,qd̄ est ꝯ hunc text. Vnde Ia.de Are.dicit,ꝙ hoc est ꝑ illa verba,quos testō manumis.ꝑ q̄r idē,ac si oēs in testō nominasset.& hoc refert Cy.in l.fi.C. de impub.& aliis subst.in 4.op.Ista sol.est ꝯ legē si pater.ff.de vul.& pup. & ꝯ l.siue à certis.cū gl.j.de duob.reis.vnde gl.sol.hic alr̄, qa hoc ideo,quia vetuit alienari extra familiam, per quod præsumit̄ voluisse cuiq; dari virilem, cum magis voluerit prouidere familiæ, quam Seiæ,quæ erat extranea.& istam tenet Dy.¶Op.ꝙ ista Seia præferatur omnibus aliis tanquam nominata,l.cum ita.§.fi.ff.eo. Sol.hic Seia non erat de familia,alias præferretur,vt in cōtrario.

ADDITIO.

a Ale.¶Admittuntur.Per bar.in l.vnica,§.vbi autem,C.de cad.tol.

1 *Legatum factum pro dote quando duplicetur.*

2 *Pœna,quæ venit duplicanda per statutum,non duplicatur,si est in specie.*

3 *Pœna temporalis an duplicetur vigore statuti duplicantis pœnam.*

1 **§.Impuberum.** † Duplicatio legatorum trahitur ad legata,quæ consistunt in quantitate, nō ad ea,quæ ꝯsistunt in specie.h.d op.de l.plane vbi.§.sed si non corpus.ff.ti j.So.hic dos ꝯsistebat in specie,non in q̄titate,ſm gl.Vel alr̄,Mulier inuitatur ad dotē,vt ad æs alienū.ſm aliā so.gl.in verbo,sensisse.Tu dic,aut dos ꝯsistebat in specie , & sine dubio nō dʒ duplicari,vt in j.sol.Aut consistebat in quantitate, & tunc aut testator legauit dotem,aut quantitatem certā pro dote.Primo casu dos nō duplicat̄,qa est quoddā ius,sicut hr̄ditas,&peculiū,&similia.l.qd̄ dr̄.ff.de impens.dixi ff.e.l.cū pr̄.§.filiæ.Si verò legauit quātitatē ꝑ dote,tūc duplicaret̄ per istum §.Nec obs.ꝙadmittitur vt ad æs alienū:qa in toto ꝯsistit legatum,l.debitor.ff.eo.in prin.¶Vlti a mò no. ꝑ † statutis,q̄ loquunt̄ de pœnis duplicādis, ꝙ nō intelli2 gūtur de pœnis ꝯsistētib.in specie,sed in q̄titate.Et sic si statutū dicit,si qs furatus fuerit in festo S.Herculani,amputetur ei man9,& si fuerit de nocte,pœna duplicet̄.ꝙ ei nō dʒ amputari alia man9, sed vna tm̄:secus in q̄titatib.pœnarum,qd̄ dixi in l.Mæuius.§.duo rum.in vlt.q.ff.e.¶Quæro,† qd in tpe?Dicit statutū,ꝙ q ꝑcusserit 3 alium ī platea,stet ad ꝯfinia ꝑ duos annos:aliquis percussit in platea de nocte,adeo ꝙ pœna dʒ duplicari,an duplicetur tp̄s.Dixi in l.in senatusc.§.fi.j.ad turp.vbi vide,& hic est casus. Sed istud tempus,ꝙstet ꝑ tm̄ tp̄s,&c est neq̄titas?& vr̄,ꝯsit vt q̄titas.Si verò dicit statutū,vt stet per decem annos à die maleficij commissi,vel à die ꝯuicti:tūc qn̄ circa certum tempus apponitur pœna,non duplicatur,d.l.senatusconsultum,in fin.sed si esset in potestate stare ad confinia in genere,vt quibus annis tibi placuerit:non tempore isto vsque ad illud:tunc crederem , ꝙ ista pœna duplicaretur. Tene menti,quia nescio,si statuta in hoc prouideant.

ADDITIO.

a ¶Vltimo no.Vide bar.in l.sanctio.j.de pœnis.

§.Ciuibus. Si legatur nomen debitoris,hæres liberatur cedendo actionem hoc dicit.Opp.glos.de Paulo Calimacho.

Calimacho.§.fi.ĵ.ti.j.Sol.vt in gl.opp.de l.quidam testamento. in prin.s.tit.j.Sol. hic fuit legatum nomen, ibi post legatum perfectum fuit adiectum,vnde solueretur.

1 *Verbum,pertinere,an sit obliquum,vel directum,quod sit commune.*

§.Filiam ex asse. Relictum in defectum institutorum videtur relinqui à venientib. ab intestato. Item verbum,pertinere, trahitur ad fideicommissum.h.d. Vide gl.super verbo,partis dimidiæ,quæ exponit.i.quæ est dimidia pars,& eam no. Si.n.lego dimidiam fundi, vel partem fundi, videor legare dimidiam,l.nomen.§.portionis.ĵ.de ver.sig. Et eadem ratione si lego dimidiam portionis , videor legare dimidiā dimidiæ secundum propriam vocabulorum significationem, qđ ista gl. remouet. Hoc examino in l.plures.ĵ.de dam.inf.¶No.
1 †ꝙ verbum pertineat,est obliquum.In contrarium,ꝙ sit defectiuum,probatur in l.licèt.C.de pac.& extra,de test. c. Ray.& quod ibi no.per Inn.super verbo,pertinere,teneo , ꝙ sit verbum commune,quod dixi in l.Centurio.de vul.& pup.

1 *Testator si confessus est debitum in testamento,an ipso conualescente possit agi ex ipsa confessione.*

§.Quisquis mihi. Confessio debiti facta à testatore non probat debitum,sed fideicommissi portionē inducit,h.d.op.ꝙ inducit ꝓbationē,l.cū qs.§.codicillis.ĵ.ti.j.Sol. ibi iurauit, & ideo ꝓbationē inducit : aliàs sec⁹, vt
1 hic,& l.Luci⁹.§.j.ĵ.ti.j.Per hoc† reprobo opi.ᵃPe.quam Cy. refert
a in l.generaliter.C.de non nu.pe.s.si testōrᵇin testō ꝯfitetur debitū,
b & postea superuiuat, ꝙ per ipsam ꝯfessionem ꝯ ipsum inducitur probatio debiti,secundum eum,quod est contra istum §.& contra l.Lucius.§.j.ĵ.ti.j.& contra l.Aurelius.§.fi.ĵ.de lib.le. Hoc etiā ponit Ia.de Bel.in auth.de iureiu.à moriente præstito.Et ista vera, nisi ponerem patrem præsentem tempore confessionis,vel interuenisse nuncium , vel epistolam : tunc.n.induceretur probatio, l.j. C.de confes.& ibi no.& l.Publia.in fi.s.depo.

ADDITIONES.

a ale. ¶Reprobo opi.Quid si testōr dicit se debere in testō,& postea superuiuat,an ex illa cōfessione poterit cōfirmari?latè per ant. ī c.fi.de cōfes.& adde tex.& qđ ibi bar. ī l.qui vxori,ĵ.de au.& ar.lega.bal.ī l.instrumēta,& ī auth.ibi posita,& in l.rōes,C.de ꝓb.vide bal. in l.j.fa.erc.adde an possit agi ex confessione facta in testamento,si superuiuat,& illud reuocet,bal,cons.280.li.2.

b Barb.¶Si testator.Et vide bal.in l.generaliter,C.de non nu.pec.& in rep.l.j.C.de confes. an autem oriatur exceptio,vide gl.in l.non solum,§.si liberationis,de lib.lega.

a §.Lucius Titius. ᵃ Verba generalia etiam in beneficiis restringuntur, vt odiosa nō comprehendantur.h.d.secundum Ia.de Aret.Vel aliter,Offendentib.non probantibus sequens meritum legatum non debetur.h.d.secundum Dyn.

ADDITIO.

a Pom.¶Lucius Titius.Vide quid per ipsum tex.dicat bar.cons.15.in 2.vo.& cons.19.vo.5.

§.Damæ. Si hæres in suo testamento reliquit , ꝙ testator legauerat,debetur ex primo testamento,non ex secundo. Item appellatione filiorum continentur naturales in seruitute concepti.h.d.

LEX XCI.

1 *Onus impositum quando est nullum,an annulletur legatum ibi,tu dic, & quid econtra,vide in fine.*

Codicillis. Si onus iniunctum legatario est inutile , mista consideratione testatoris,& fideicomissarij legatum efficitur inutile quo ad dationem,&non quo ad retentionem.hoc dicit.& est singularis casus. Oppo quòd a legatario possit legari seruo testatoris ; cum possit etiam hæredi , vt ĵ. ad l. fal. l. si à me.Sol.ibi quando legatur hæredi post tempus,secus si in continēti. Tūc.n.nō valet, qa legatū nulliū haberet ꝯmodum,vt hic,ita dꝫ intelligi d.l.si à me.&qđ no.s.de leg.j.l.plane.§.si duob.op. & videtur, ꝙ vitiato onere vitietur legatum,ēt quo ad retentionē,l.si qs quos.s.e.vbi indistinctè dicitur nullum legatū. gl.dicit intelligo illā fm istā.Mihi vř,qilla lex dꝫ intelligi simpl'r, & soluo sic, hic onus est nullum mista ꝯsideratione testatoris & fideicommissarij,quia seruo proprio relinquebat:&ideo non est nullū ipso iure, quia de æquitate dꝫ dari ipsi seruo,l.pen.C.de necess.ser.hæ.inst.& quod no.in l.si Titio & ei.s.& l.planè.§.si cōmunem.s.ti.j.Sicut ergo onus nō est oīno nullū,ita nec legatū:sꝫ adhibetur quædā media via,ꝙ hic ponitur.s.ꝙ sit nullū quo ad petitionē,nō quo ad retētionē: sꝫ in l. si quis quos.erat onus totař inutile,& ꝑ ꝯñs legatū.¶Op.de l si qs eū.ĵ.de cond.& de.gl.dicit, intelligo illam fm istam.s.ꝙ ibi sit validū quo ad retētionem,nō quo ad actionē.Ista vř ꝯ illū tex.vbi dicit,ꝙ si à legato nō repellatur,&c.Et sic innuit, ꝙ nec exceptione repellitur, & sic vꝫ etiam quo ad actionem.Dic ergo,ꝙ ibi onus fuit iniunctum post aliqđ tempus,& ideo voluit testator,ꝙ aliquod cōmodum remaneret penès legatarium:vnde lꝫ fideicommissum sit nullum, legatum tamen est validū:qa voluit testator apud eū ꝯmodū remanere.Sꝫ ista sol.vř ꝯ d.l.si qs quos.s.e. vbi penès legatariū voluit testōr remanere ꝯmodum iure patronatus. Sol. illud tale ꝯmodum non attenditur.l.nemo ꝑdo §.locupletior.ĵ.de reg.iu.& qđ no.in l.planè,la 2.§.fi.s.ti.j.¶Op.de l.pater.§ Tusculanus.ĵ.ti.j.Sol. hic onus ab ipso initio deficit,ibi ex post facto.De intellectu istarū legum no.gl.C.de ca.to.§ in nouissimo.in fi.magnæ gl.& ēt in §.j. ¶Op. īpossibilitas remouet de legato,& legatū remanet validū,l. si mihi,& tibi.§.Proculus ait,si quis seruos.s.ti.j.& de cond.&dem.l. obtinuit,& licèt ibi loquatur de impossibilitate adiecta in modū conditionis,quæ legatum non vitiat,multo magis non debet vitiare impossibilitas adiecta per modum modi,vel fideicommissi, quia minus suspendit.Vnde Pe.dicit,quandoque onus iniunctū legatario est nullū ratione impossibilitatis de nā,quia est turpe, vel de iure,vel ꝯ bonos mores,&tunc talis impossibilitas reijcit, vt in ꝯriis:sed hic onus adiectum non est nullum ratione turpitudinis,vel quia ꝯ bonos mores,sed quia lex sibi nō assistit.Similia verba ponit Dy.in l.quidam cum filium.de ver.ob.Et ista so.recitatur per Cy.C.de ca.to.§.pro secundo.in vl.q.Ego dixi latius in l.j. s.de ꝯd.inst.Vt ista mā liqueat,s.quando onus impositū est nullū
1 vtrum annulletur legatum,gl.distinguit hic.Tu dic†latius,ᵃAut
a onus impositū legatario est ab initio nullum, aut annullatur ex post facto.Primo casu aut testōr voluit ad legatarium aliquod cōmodum pertinere,puta,interusurium medij tpis,& tunc licèt annulletur onus non annullatur legatum,l.si quis eum.ĵ.de cōdi.& de.Aut noluit ad eum commodum pertinere,&tunc aut onus annullatur rōne impossibilitatis,de nā,vel de iure,vt quia turpe, & nō annullatur legatum:quia impossibilitas debet remoueri,l. obtinuit.de cond.& de.& C.de inst.& subs.l.reprehendenda.& l.j. s.de cōd.inst.& s.ti.j.l.ab omnib.§.j.Sed si modus impossibilis nō contineret turpe,sed respiceret aliquem actum pium,tunc dēret in illum trāsmutari,l.legatum.ĵ.de vsuf.le.Siverò onus est nullū, quia lex sibi non assistit,tunc aut onus est implendū de ipso legato,aut extrinsecus de alio.Primo casu aut onus est nullum mista ꝯsideratione legatis,& fideicommissarij,& hēt locū ista lex,qa legatū est nullū quo ad petitionē,nō quo ad retētionē.Si verò on⁹ est nullū alia rōne,tūc legatū est nullū in totum,vt l.si qs quos.s. eo.Si verò dēt onus impleri aliūde,tunc licèt onus sit īpossibile, legatū nō vitiať,l.cū filius.§.nō iure.s.eo.& C.eo.l.ab administratione.Scdo casu principali qñ onus annullať ex post facto,tunc aut facto testōris,aut alio accidenti.Primo casu annullať ēt legatū,l.filio.§.matri.ĵ.de adi.le.Scdo casu nō annullatur legatū,licèt annulletur onus,l.pater.§.Tuscul.ĵ.ti.j.& l.si qs Titio.s.eo.Fallit,si est electus vt minister,d.l.si quis Titio.s.e.¶Quæro,quid ecōtra, pone ꝙ legatum est nullum,an ex hoc erit nullum onus legato adiectum:Gl.distinguit,& bene.Ex prædictis apparet,ꝙ Ros.non perfectè intellexit istam materiam,vt in glo.

ADDITIO.

a ¶Tu dic latius.Vide Cy.in l.vnica.§.pro secundo,in fi.de cad.tol.

a §.Insulam. ᵃ Si liberti cōsentiunt hæredi patroni alienāti rē eis relictā,ꝓsumiť aīo donādi,nisi aliud appa ret.h.d.Op.ĵ.de annu.le. l.liberto.in prin.Sol.ibi liberti non ꝯsenserunt alienationi,hic sic.Op.ꝙ cōsensus nō ꝓiudicat,l.si fundū ꝑ fideicō.s.ti.j.ī prī.Multæ solutiōes dātur,quas ibi examinaui.Dic, vt ibi,tñ quo ad nunc dic,ꝙ hic loqtur in liberis,qui cōsentiūt patrono,vel hæredi patroni,in quib.facilius ꝓsumiť animus donādi ꝑp præcedens meritū,l.si vero non remunerandi.§.idem Papinianus.s.mand.in l.contraria erant extranei,quod dic,vt ibi.

ADDITIO.

a Alex.¶Insulam.No.de his,qui consentiunt alienationi rei prohibitæ per testatorē alienari,dixi in d.l.si fundum.& in l.quæ dotis,s.so.mat.

1 *Prohibitus vendere vel obligare,non prohibetur locare.*
2 *Qui dixit,mutua mihi centum super isto libro,obligare librum videtur.*
3 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*
4 *Vendens fructus domus pro centum annis,dicitur alienare.*
Emptor fructuum,& conductor quo ad eorum dominium parificantur.
5 *Prohibita alienari non veniunt in obligatione generali.*
6 *Vendere grauatus in familia,vt possit alteri vendere,debet requirere,& expectare illos de familia.*

1 §.Instituto. Prohibitus† vendere,vel obligare,non videť prohibitus locare.h.d.Vel sic.Qui obligat nomen conductoris domus alienari prohibitæ,non videť alienare
2 domū,vel obligare.h.d.No.qđ dixi in summario.No.†ꝙ ista ver
a ba,ᵃ mutua mihi centū sup hoc libro,hoc īportāt,vt iste liber sit
b illi obligatus pignori pro istis centū,vt hic in tex.Quærit gl.ᵇqđ si lo

ADDITIONES.

a Barb.¶No.ꝙ ista verba.Facit in simili gl.sing.secundum Io.in l.rescriptum,§.si pacto.ff. de pac.vbi idem est dicere sub pœna,ac si diceret nomine pœnæ,vide Bart.in l.fundus, ĵ.de annu.le.de ver.super.

b Ale.¶ Quærit gl.No.an prohibitus vendere prohibeatur locare,&vide in materia oīno Inn.in c.ad hæc.de deci.& vide quæ no.in l.j.§.ꝙ autē,ĵ.de superfi.& quod ibi dixi post Bar.& ita insequendo Bar.hic contra gl.transit Ang.& Imo.in l.si filio,§.fi.so.ma.& Bal. in c.j.ver.aut si liuellario,& dixi ibi in fi.quib.mo.feu.ami.An ista glos.possit saluari in partiario colono.adde quod no.Bal.in c.j.in prin.de proh.fe.al.in q.de vasallo,qui non potest concedere in emphyteusim,&c.vbi omnino vide,adde quod Bal.& Im.in l.si domus,§.fi.s.ti.j.soluunt hanc gl.ꝙ locatio ad magnum tempus non inducat translationē dominij etiam vtilis,quando expressè hoc agitur,in dubio autem sit secus.Et sic procedit dictum doc.& adde Bal.in auth.hoc ius porrectum.in j.col.C.de sacros.ec.& contra gl.hoc tenet Ab.Sic,per illum tex.in c.ad audientiam,de re.ec.non alie.per tex.in c.nulli.eo.ti.& vide Bal.in auth.& qui,C.de bo.au.iu.pos.ꝙ locatio ad longū tempus sit alienatio,tenet Bal.in rub.C.de iure emphy.& facit ca.j.§.donare,qualit.olim feu.pot.ali.& gl.est contra istam in l.fi.C.de pac.pig.& contra istam gl.tenet ēt Ro.in l.si constante,§. quoties,cū l.seq.so.ma.adde gl.in cle.j.de reb.ec.non alie.Sed an ꝓhibitus alienare possit permutare,vide Bar.in auth.res,quæ,cōia de leg.in vers.quæro ad ea,quæ dicta fuit,verum illa,&c. Adde,an prohibitus alienare possit permutare,Paulus,de Castro consilio decimosexto,& an prohibitus alienare possit locare ad longum tempus,Angel.cons.164

a si locauitᵃ istam domum ad cẽtum annos, Et dicit, ꝙ nõ vr̃ aliena-
3 ri.Dy.& oẽs ꝯ:quia per† locationem in lõgum, vel longissimum
tp̃s cõstituit̃ ius in re, vt s̃. si ager vec. vel emphy. pet. l. j. in fi. & l. 2. &
j̃. de superfi. l. j. §. quod autem ait, & sic est alienatio. Istam ergo l. re
4 feras ad locationem ad modicum tp̃s. Quæritur,† quid si vendit
fructus domus pro centum annis? Respon. Aut vendidit fructus
ꝯstituendo ementi ius vsusfr. in re, & esset alienatio, l. fi. C. de reb.
alien. non alien. Aut non constituendo, sed obligando se actione
personali ad dandos fructus, & non esset alienatio, l. fi. in fin. s̃. de
contrah. emp. Facit l. liberto. in prin. j̃. de annu. leg. Qualiter autẽ
hoc perpendatur, vtrum constituerit vsumfructum, vel nõ. no. in
5 l. si quis ita. j̃. de vsufr. leg. ¶ Quæro,† quid ᵇ si iste filius ᶜ obliga-
b uit vl'r omnia bona sua, an videatur fecisse ꝯ voluntatem, seu pro
c hibitionem testatoris? Respon. in obligatione ista generali non
uenit ista domus, q̃ verisimiliter nõ eẽt specialiter obligaturus ꝑ
pœnam adiectã à testatore, l. obligatione generali. s̃. de pig. Quæ-
6 ro, hic † testator dixit, ꝙ si volebat venderet fratri suo, vel fœne-
rari super ea faceret cum fratre suo, quid si frater nõ vult emere,
vel mutuare, cum ista pecunia indigeat? Certè potest alteri vende
re facta requisitione, & expectatione secũdũ formam l. qui Rom.
§. cohæredes. j̃. de verb. obl. & ibi dixi.

ADDITIONES.

a Poma. ¶ Quid si locauit. Vide Alex. in l. filio. §. j. sol. mat. & cons. 165. in 2. vol. inci. visis, & cons. j. in 4. vol. & cons. 18. inci. viso. eod. vo. 4. Et de ista locatione ad longum tempus vide cons. Fed. de sen. cons. 12. ad fi. & Ale. cons. 26. in 4. vo. & in cons. 112. in j. col. in prin. & vide cõs. 302. & cõs. 123. vide ẽt circa istã q. Bar. Fed. cõs. 189. & 289. aliquid per ale. cõs. 4. in 5. vo. Panor. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. vbi tangit de dicto Barto. & vide Barto. cons 9.

b alex. ¶ Quæro, quid. No. & sequitur Imo. & Bal. in l. voluntas. C de fideic. & ideo feudum non venit in obligationem generalem, secundum spe. de pos. §. j. ver. sed cadit feudum, licèt Bar. aliter in l. si constante. in 3. q. tertiæ partis. so. ma. intelligat, ad hoc d. Ba. hic adde spe. in ti. de pig. §. j. ad fi. ver. nunquid, & etiam Bal. in l. j. per illum text. C. quæ res pi. ob. pos. & Bal. in c. imperialem. in j. col. de probi. feu. ali. per Fed. & ang. in auth. de resti. & ea quæ parit. in prin. & est casus in c. j. §. in generali. in ti. si de feud. fu. contro. inter do. & ag. ibi in generali alienatione facta per vasallum non venit feudum, nisi exprimatur, vt ibi, & in c. j de c. qui cu. ven, quia talis alienatio est prohibita, vt in c. imperialem, cũ vul. adde tu ad prædicta, & vide alex. in cons. 20. in 5. vol. & quæ ibi ponit cons. 15. colum. fi. in prin. in. 2. vol.

c Poma. ¶ Si iste filius. Vide ale. cons. 168. in 2. vol. cons. 12. in prin. in 4. vol. & cons. 124. eo. vo. 4. Bar. cons. 42. in j. vol. & cons. 11. vo. 2. & prohibitus alienare non potest alienare, etiã in genere, vt per Pau. de Ca. cons. 32. & cons. 67.

1 *Occidens filium patris, vel sororis an prohibeatur succedere ab intestato.*

§. Matre. Prohibitus alienare in personas certas, ꝓhibetur in eas ab intestato legitimo iure transferre. h. d.
Concordat j̃. de ver. ob. l. si ita quis. §. ea. l. & ibi dixi. Op. s̃. eod. l. cũ
pr̃. §. cũ inter. & qd no. in l. peto. §. fratre. s̃. eo. Sol. ibi fuit prohibi-
tus quis alienare simpl'r, hic in certas personas. Vñ dẽt curare, ne
ẽt ab intestato ad illas personas perueniat. Quæro, aliquis occi-
1 dit filium fratris, vel sororis, vtrũ † prohibeatur succedere ab in-
testato? Hic vr̃ casus, ꝙ non, sed põt r̃nderi, ꝙ iste frater, qui succe
dit ab intestato, non erat ille, q̃ filiũ occidit, cũ in tex. ponat̃ plu-
res fratres fuisse. Vel potes dicere, ꝙ successit, sed ab illo aufertur
tanquam ab indigno, l. cum ratio. j̃. de bo. dam. Dic, vt ibi dixi.

1 *Clausula omni meliori mõ, apposita in testõ, operatur, ꝙ debeatur ẽt ab intestato.*

1 §. Lucius. Hæc verba, † ꝙ valeat oĩ mõ, quo melius de iure potest, intelliguntur etiã ab intestato. h d. Op. de
l. nemo potest. s̃. ti. j. So. concedo, ꝙ non põt facere testõr, ꝙ leges
non habeant locum in suo testõ. Sed hic ista voluntas quantũcũ-
que imperitè facta erat talis, ꝙ sufficiebat ad codicillos, iõ valet,
vt codicilli. Op. ꝙ non põt valere iure codicillorum, qñ hic hæ-
redes instituit, l. non codicillum. C. de test. So. hic fuerunt dicta q̃-
dam verba, quæ idem important, ac si dixisset, si non valet iure te
stamenti, valeat iure codicillorum. Circa istam materiam Dy. for
mat vnam quæstionem, quam dixi in l. j. s̃. de iure codi.

LEX XCII.

1 *Tacita derogatoria per simplicem voluntatem reuocatur.*

a Testator. ᵃ Voluntas testatoris tacitè à ꝯrio sensu sumpta per tacitam voluntatẽ reuocatur. h. d. ¶ Opp. per
secundam voluntatem simplicem non receditur à prima deroga
toria, quia opportet, ꝙ de ea fiat mentio specialis, l. si quis in prin
cipio testamenti. j̃. tit. j. & l. si mihi, & tibi. §. in legatis. s̃. tit. j. vbi vo-
luntas derogatoria facit cessare voluntatem sequẽtem. Huius ti-
more dicit glo. quòd hic duplex est litera. Vna est, recepisti. secun
dum istam non obstat, quia non est derogatoria ad voluntatem
futuram. Alia est, recepisset, & tunc solue duobus modis. Primò,
quòd illa verba referuntur tantum ad testamentũ, & testator ex-
1 pressit. Secundò, ꝙ referantur ad futura, secundũ † quòd sunt ver
ba derogatoria, tacitè sumpto argumento à ꝯrio sensu, ideo per
b simplicem ᵇ voluntatẽ ꝯria reuocantur, in d. l. si quis in principio
testamenti. fuerũt verba derogatoria expresse. Cõtra hoc facit s̃.
ti. 2. l. conficiuntur. §. fi. So. ibi interuenerunt duo, s. prima prohibi
tio tacita, & vltima, codicilli facti, propter quæ recessum est à co
dicillis in medio factis: hic interuenit vnum tantum, s. prima pro
hibitio tacita, dixi in d. l. si quis in prin. Quæro, dicitur hic, si de fi
de epistolæ constabit. Quæro per quot testes debet constare? Res
pon. per quinque, C. de codic. l. fi. in fi.

ADDITIONES.

a ¶ Testator. Hanc l. alle. no. Bal. in l. humanum, C. de leg. & in l. filium, C. fa. er,

b ¶ Per simplicem. Adde ad Bar. hic, & vide Are. qui eum sequitur in c. 3. de prob.

1 *Verba generalia debent ad tempus testamenti referri.*
2 *Legatum vniuersale factum per verba generalia quando referatur ad tempus mortis, vel ad tempus testamenti.*
3 *Hæreditas est nomen collectiuum, & de sui natura recipit augmentum, & diminutionem.*
4 *Aestimationi facta in casu huius §. per testatorem an stari debeat.*
5 *Testes non dicuntur contrarij, quando super valore vnus dicit de centum, alius de centum quinquaginta.*

1 §. Qui indiuisam. Verba generalia † debent ad tempus testamenti referri. h. d. Iste §. est
a valde no. op. ᵃ ꝙ ista verba debeant referri ad omnes res, quæ re-
periuntur tempore mortis, l. peculium. in prin. s̃. e. & s̃. ti. j. l. grege.
& l. si grege. gl. & Dyn. dicunt, ꝙ hoc operatur verbum præsentis
2 temporis: quia dicitur, communes sunt. Pet. † verò dicit, quoddã
est legatum vl'e, quod relinquitur sub aliquo nomine appellati-
uo de sui nã collectiuo, vt peculium, grex, & similia, & tunc ista
recipiunt augmẽtum, & diminutionem, & inspicitur tẽpus mor
tis, non testamenti, d. l. peculium. s̃. e. l. grege. s̃. ti. j. Quoddã est le-
gatum gñale per aliquod signum, quod ibi apponit̃, vt lego oẽs
res, & similia. Et tunc refertur ad tempus testamenti, vt hic, non
autem inspicitur tempus mortis. Fal. it in l. fi. C. quæ res pig. obl.
pos. propter modicũ præiudiciũ. quod est ibi in pignore. Quod-
dam est legatum particulare, de quo dic, vt in l. si ex toto. in prin.
s̃. ti. j. Quoddam est legatum indefinitè relictum, & dic, vt l. si ita. j̃.
de au. & ar. le. Et ex hoc gl. j. quæ incip. rem, i. res plures. non benè
3 dicit, prout dicit hæreditatem: quia † cũ hæreditas sit nomen col
lectiuum, de sui nã reciperet augmentũ, & diminutionem, sicut
peculium, vt vidistis s̃. e. l. peculium. & no. hic. Et de hoc per doc.
C. de ser. l. non modus. & d. l. fi. C. quæ res pig. ol. pos. ad prædicta fa
cit quod no. in l. j. in prin s̃. de eden. vbi gl. distinguit, ꝙ quædam
est actio vl'is, quædam gñalis, quædam particularis. ¶ Quæro, v-
4 trum † æstimationi factæ per testatorem in casu isto debeat stari?
gl. videtur velle, ꝙ non, nisi testator iurasset, al. l. si fundum sub cõ
ditione. §. si libertus. sed non bene declarat, & ideo eam vide, quæ
inci. alias oblõnem. ibi, sed in casu huius §. videtur secus. Dic. s. ꝙ
non stetur æstimationi testatoris, quia testator non iurauit, vt hic
colligitur ex isto tex. facit s̃. e. l. cum pater. §. pater. qui filio. Voluit
ergo pater hic dari res pretio iusto. Effectus tñ prædictorum est,
ꝙ tm̃ res, quæ erant tempore mortis, debeant dari pretio iusto,
non res, quæ postea obuenerunt. Licèt gl. aliter videatur sentire
in illa gl. quæ inc. q. d. Item res, quæ erant tempore mortis, dãtur
b iusta æstimatione, non illa, quæ testator taxauit. ¶ Quæro, ᵇ qdam
5 † testes dicunt rem valere centum, alij dicunt rem valere centum
quinquaginta, vtrum isti testes sint contrarij? ista gl. facit, ꝙ sic,
quasi intelligatur, dum dico, valet centum. s. tantum. In contra-
rium facit l. cum furti. s̃. de in litem iuran.

CONCORDIA.

☞ ¶ Qui indiuisam. Pro concor. aduerte, ꝙ verba gñalia apposita in testamento, vel legato referuntur secundum Bart. ad bona, quæ sunt tempore testamenti, in l. si ita. ff. de aur. & ar. leg. Ibi Ale. all. Bar. contrariari in hac l. fi. §. qui indiuisam. Tu dic in eo membro, dum Bar. dicit contrarium, in hoc §. loquitur, quando legauit sub nomine collectiuo, quod dè sui natura importat augmentum, vel diminutionem, puta lego gregem, vel peculium, & sic quid vniuersale, & ita etiam loquitur in d. l. si ita. si bene legatur, vnde non meretur dici contrarius.

ADDITIONES.

a ¶ Op. Vide Cyn. in l. fi. C. de pac.

Seruis vrbanis. In vltimis voluntatibus illi dicuntur serui vrbani, quos testator vrbanorū numero habuit. h. d. De quo in l. vrbana familia, de verbor. sign. & l. quemadmodum, de supel. lega.

1 *Id, in quo quis magis versatur, inspici debet.*
2 *Cocum esse est officium.*

1 **§. Seruis lecticariis.** Opp. quòd† debeamus inspicere id, in quo magis versatur, l. legatis. §. si vnus. §. eod. Dic, quòd hic erat cocus vilium ciborum,
2 † & sic erat officium, d. l. legatis. §. si ex officio. §. eod. Secus si erat versatus circa vtrunq; artificium, quia tunc debet inspici illud, in quo magis versatur, vt ibi. Ita tenet glo. & bene.

§. Si alij. Generi per spēm derogat. & qđ in duab. spēbus reperitur, inter legatarios diuersarum specierū cōicatur. h. d. ¶No. tex. ibi, semp. n. species, &c. Tex. ibi, si vero in spē. dic. s. eadē. Ibi, aut gñe. dic. s. eodē. Opp. de prin. adfi. Nā in princ. dr̄, φ vnū est genus, aliud est species, in fi. dr̄, φ sunt eiusdē gñis, & spēi. Rñd. fm veritatē facti hoc cōtingit: Nam in prin. ponit, φ oēs erant vernæ & sic hoc accipiebat̄ pro gñe, & quidā cursores, & istud accipiebat̄ pro specie, sed in fi. quidā erant vernæ tm̄, quidā cursores tm̄, quidā vernæ & cursores. ¶Scđo op. ista talia accidētia non inducūt diuersitatem specificā, vt not. insti. de iure perso. §. fi. Rñ. φ propriè loquendo nō differunt in spē, sed largo
a mō a pñt dici specie differre, & ita loquitur hic, & in tota mā, vbi gñi per spēm derogat̄, vt dixi in l. qsitū. §. fi. de fun. instr. ¶Opp. dr̄ hic, φ hi, qui sunt in eodē gñe, vel spē cōicabunt, ɔ̄. in l. Titiæ textores. §. de le. j. Sol ibi legando excipit, hic nō, sed verè legauit, vt pbat̄ ista distinctio ibidem in text. Sed ɔ̄ hoc opp. de l. legatis. §. si vnus. §. eo. vbi dēt tradi illi artificio, in quo vt plurimū versabat̄. So. fateor ɔ̄rium. Nam hic dicit: plerunq; cōicabunt̄. q. d. non sp, & magis cursoribus, quā vernis accōmodabat̄. hoc non placet, qa in l. ɔ̄ria loquit̄ in duob. artificiis: & iō inspicimus id, in quo m agis versabat̄: sed hic est vnū artificiū, aliud est qualitas insita à natura, q̄ qualitas vsum nō hēt, vñ tunc cōicabunt̄. ¶Sed ɔ̄tra hoc op. & vr̄, φ artificiū superet officiū, & solū artificiū inspiciamus, vt §. proxi. §. sed esse vernā non est offm̄, vel artificium, sed est q̄dā qualitas insita à nā, iō ab aliquo artificio, vel officio nō vincit̄. Ideo reassume duo verba. Qñq; vnus seruus hēt vnū officiū, vel vnū artificiū, & tūc artificiū attendit̄, vt §. pxi. §. & l. textorib. §. eo, & l. legatis. §. si ex officio. Qñq; habet plura artificia, seu officia, & tūc attēditur id, in quo magis versat̄, d. l. legatis. §. si vnus. sed si in vtroque æqualiter versaretur, talis seru⁹ esset cōis eorū, quib. serui doctorū artificiorū essent legati. arg. huius §. & d. l. Titiæ textores. Si vero serui hēant vnū officiū, vel vnū artificiū, vel vnā aliā qualitatē insitā à nā, tūc hēret locum §. nr̄. Vltimo dicit hic, plerūq;. q̄ro, quare dt plerūque: Gl. dat duas sol. tene vltimā.

ADDITIO.

a Alex. ¶Largo modo. Et quòd in legato simplici non veniat mistum, tenet no. Bal. in l. si nulla. C. de acquir. poss.

LEX XCVIII.

Hæres meus. Br̄ h. d. Verbum, reddendi, habet significationem per se dādi. h. d. Simile in l. verbū reddendi. de ver. sig. & l. cū quidā. §. tit. j. cū si. Vtrum hic sit ex ppria significatione, vel ex interpretatione, dixi in rub. §. sol. matr.

§. Duæ. Si noīantur aliqua indiuidua speciei contenta sub gñe, ad alia in eadē specie contenta non porrigitur illud genus. h. d. Simile in l. j. de aur. & arg. leg. quod examina, vt dixi in l. quæsitum. §. fi. ī. de fun. instr. & instr. leg.

§. Vxori. Singulare vle positum naturaliter pōt referri ad oīa pcedentia, cuiuscunque gñis vel numeri existūt. h. d. fm verū intellm̄. Op. immo non refert̄ ad oīa, qa nō pōt fieri salua rōne recti sermonis, l. Plautius, de aur. & arg. leg. Rñd. hoc operat̄ signū vle adiectū hic. s. omne. Cætera dic vt d. l. Plautius. Et facit iste §. ad q. notatam per Dy. in l. cum filio. §. de leg. 1.

§. Cui Corinthia. Legatis vasis non cedunt alia vasa, in quibus reponūtur, nisi sint vilis materiæ. h. d. & est bonus casus.

§. Cui testudinea. Principale trahit ad se accessoriū, quanquam sit preciosus. hoc dicit.

LEX XCIX.

1 *Legatis omnibus prædiis non veniunt prædia pignori obligata.*
2 *Alienatione prohibita quando videatur prohibita obligatio pignoris.*
3 *Feudum non potest pignorari.*

a **Qui habebat.** a Legatis pdiis testōr non vr̄ legare, quæ sibi sunt obligata, nisi ex cessatione debitoris ea hēat vt ppria. h. d. No. tex. φ ferè cessāte debitore, &c. Circa hoc gl. format duas qōnes. Primo† q̄ro, qđ si dixi, oīa pdia,
1 an veniāt pdia pignori obligata? Quidā φ sic, gl. dicit ɔ̄rium, qa hic dicit, oīa, vt patet in Græca trāslatione. Cōtra istā gl. facit l. Iulianus. in prin. §. e. Rñ. dictio, oēs, facit, φ cōprehendant̄ oīa, q̄ pñt cōprehendi ex natura sermonis. Sed pdia obligata non pñt cōprehendi ex natura sermonis, vt §. eo. l. seruos, ergo, &c. Itē dr̄ hic, nō sint redacta. q̄ro, qualiter redigant̄? Dicit gl. φ tantus erat cumulus vsurarū, φ pdia non valebant tm̄. Per hoc pōt determi-
b nari b qō, quā doc. formant in l. fi. C. de reb. alie. nō alie. †an si est
2 phibita alienatio, sit phibita pignoris obligatio? distinguit̄, aut sunt pignora obligata p tāta pecunia, φ nō est spes luitionis, & vr̄ phibita oblīo, aliàs non: Ita debet intelligi l. quorū. §. de pignorib. & facit l. legata, in fi. ī. de sup. neg. sed in feudis † est expssum,
3 φ nullo mō licet obligare, de phib. feu. alie. c. imperialē. in prin.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Qui habebat. Vide Ang. & Imol. in l. si tibi homo, in prin. de leg. 1. Bald. in l. ij. in prin. C. de fideic. & in l. manumissiones. ff. de iust. & iu. & in l. fi. C. de reb. alie. non alie. & vide Bar. in l. legata. §. fi. de sup. leg. & in l. eū fine, eod. tit. & quod dicit Bar. in l. rem legatam, in fin. de adi. leg.

b Alex. ¶Determinari. An si est prohibita alienatio, sit prohibita pignoris obligatio, & per istum tex. hic dicit Nic. de Neap. quòd si statutum prohibet forēsem acquirere domū quòd non poterit accipi domus pignori pro pretio æquiualenti. & ideo dicit Bal. in l. manumissiones, de iusti. & iu. & l. voluntas. C. de fideicom. quod si trado rem cum pacto, ne exeat manus tuas, & tu pro pretio æquiualenti prorogasti, videris contra pactū venisse. Et adde Pet. & Cyn. in l. 3. C. de leg. & vide Bald. in l. fi. C. de reb. alie. non alie. & Bal. in l. j. §. per seruum corporaliter, vbi per Moderniores, de acqui. poss. & Bal. in l. 2. in prin. C. de fideic. Bar. in l. legata, in fi. infrà, de sup. leg. Adde limitandam hanc l. secundū Pau. de Cast. in l. qui post. C. de leg.

§. Peto. Fundo legato vti est, nō cedūt reliqua colonorum: h. d. Quæro, quare non cedunt in legato reliqua colonorum? Rñd. quia reliqua nō sunt in fundo, sed vniformiter respiciūt totū pr̄imoniū, vt l. fideicōmissum. §. tractatū. §. de iud.

LEX C.

His verbis. Si verbū pōt se hr̄e ad pteritum, & futurum, ex cōiuncta scriptura declaratur, ad qđ se habeat. Item pñtis, vel præteriti verba restringunt̄ ad ea, q̄ sunt tpe testamenti. h. d. ¶Itē q̄ro, q̄ fuit ratio, quare ista nō continentur? Dicit gl. ratio est, qa verba pñtis tpis referuntur ad tps testamenti. Alia est, qa fuerunt reposita ad tps. Contra primam rōnem vr̄ tex. iste. Dicit. n. quicquid in his ɔ̄ditum erit. Itē dicit, ɔ̄tinebunt̄, q̄ sunt tpis futuri, ideo ad futurū debēt porrigi. Dic, φ est hic verbum pteriti tpis, & futuri, quia conditū est participium præteriti tpis, & est verbum, erit, quod est futuri tpis, vnde inspicimus tps præteritum. Sed hoc est ɔ̄ casum l. cum tale. §. falsam. §. de cond. & dem. vbi futurū inspicimus: quare dic, φ hic ista scriptura pōt esse ambigua, & pōt primo intelligi, qđ totū sit vna pars, & erit futurū. Alio mō, vt sint duæ partes, vt dicamus, conditum. s. de pñti erit, id est existet, & hic est intellr̄s huius legis pp verba, q̄ sunt hic translata sint, & cautiones ad auctorem meū transtulerim, aliàs, inspicimus tps futurum, vt dixi. Vltimo no. istā l. ad q. vtrum schedula manu testatoris scripta faciat fidem: Dicit. n. mēbranis manu mea scriptis. De quo dicemus in l. si ita, de cond. & dem.

§. Idem quæsiit. In legato generali veniunt ea, quæ in instrumentis continentur. h. d.

§. Paterfam. Falsa demonstratio nō vitiat legatum. hoc dicit.

a **§. Alumno.** a Si legatarius, quod sibi debet emi, ab hærede emat, actionem hēt ad pretium. h. d. Simile habuistis, quòd potest agi ad pretium in l. patronus, in princ. §. eod. & l. Titia Seio. in prin. supra, tit. j.

ADDITIO.

a Alex. ¶Alumno. facit ad q. de qua dixi infra, tit. j. in l. Seio. §. medico, & alleg. Ro. Bal. in l. præd. 2. C. de fideic.

1 *Collecta, & tributum spectat ad legatarium.*
2 *Legatis expensis studij venit expensa matriculæ.*

§. Idem testator. Si legatur res empta, ptium rei debet solui ab hærede, non à legatario. h. d. ¶Opp. de l. quæro. ī. titu. ij. vbi hæres talia non præstat. Gl. soluit. Qñque soluitur aliquid pro re habenda, & tunc re legata à legatario non repetit̄, vt hic. Qñq; † re habita soluit̄ aliquid propter
1 aliud, vt collecta, tributa, & siia: & tunc dēt ea soluere possessor, a
a l. ɔ̄ria vide gl. q̄ incipit, sed ɔ̄. ī. ti. ij. l. quæro, & istam gl. perpetuo tene menti. Dy. determinat istam q. duob. mod. Primo id, quod hic

ADDITIO.

a Alex. ¶Soluere possessor. Possessor tenetur soluere collectas, tributa & similia. Vide simile in l. j. de anno. & trib. lib. x. quam intellige, si omnes fructus habet possessor, vt bi etiam per Bart.

hic dr̃,eo habito pstat legatari',ē verũ,nisi impēsæ æqualescerēt
a fructib.vt no.s.eo.l.q ɔcubinā.§.q hortos. Scđo debetis hoc intelligere,qñ legat res,vt puta lego talē rē,vl' lego vsumfructũ,vl' redditus talis fundi,sed si legaret ipsum incertum,vt qa cōduxi à cōi Perusij certas possessiones,& legaui tibi ipsam cōductionē: tūc esset secus,vt intelligat legatũ quicqd pōt esse lucri,soluto qcqd p ɔductorē soluidēt,arg.eius,qd no.in l.si prior.s.so.ma.& s.ti.j.l.Mæuio.§.à me.Nō ob.d.§.q hortos.in l.qui ɔcubinam.s.eo. qa ibi illud sit p alia verba expressa legando: secus si simpl'r talē
a ɔductionē legasset,vt s.dixi.Facit,†q si aliquis legat alicui expē-
b sas studij,b q ei debetur id,qd soluitur pro introitu matriculæ.

ADDITIONES.

a Qui hortos.Et gl.ibi alleg.pro sing.Rom.no.107.Adde,quod idem consuluit consi.230.
b ¶Expensas studij.Si legantur expensæ studij,debetur id,quod soluitur p matricula.Et an debeatur pretium librorum,dic,vt per Bar.in l.quibus dieb.§.j.de cond.& demonst.

LEX CI.

a Si pater. a Legata ab exhrdati substituto non valent,ēt si ad eum bona defuncti perueniant per mediā psonā. h.d.No.q dicit non principal'r,sed per successionē.&c.¶Opp.q substitutus exhæredati possit grauari,l.in ratione.§.fin.j.ad l.Fal. Solu.ibi pōt grauari,si substitutus est hæres defuncti,vt ibi,alias secus,vt hic,& plene no.in l.pen.C.de leg.& dixi in l.qui fundũ,§.qui filios.j.ad l.Fal.dic,vt ibi dixi.

ADDITIO.

a Barba.¶Si pater.Et sing.tene menti istam l.pro qua vide Io.in l.& si cōtra.de vul.& pup.

§.Si filius. Quod operatur propositũ in proposito,operatur oppositum in opposito. h. d. Materiā huius §.habuistis in l.filium.in prin.de leg.præst.

LIBER XXXIII.

TITVLVS PRIMVS.

De annuis legatis.

Dictum est. s.de legatis in genere, nunc est videndum ī specie.Sed quia circa legata annua occurrunt multa dubia,ideo posita est hic rub.de annu.lega.

LEX PRIMA.

Cum in annos singulos. Querit gl.vbi legatum debetur,& per qñs videamus,vbi possit solui.Dicit gloss.in trib.locis,& in eisdem pōt solui.Quod examina s.de iud.l.quod legatur,& per gl.& Cy.C.vbi de fideicom.agi op.l.j.& s.de leg.1.l.cum res.in tex.

LEX II.

1 *Obligatio ad totale interesse committitur,quando mora particularis aufert commodum totius temporis.*

1 In annos singulos. †Si mora particularis aufert cōmodum totius tpis, obl'o statim ad totale interesse cōmittit.h.d. Op.q nō cōmittat statim stip'lo ad totale īteresse,immo ad pticulare,l.stip'lones ñ diuidūt.§.plane.j.de ver. ob. Sol.dic iō,qa mora pticularis aufert cōmodũ totius tpis,al's secus.Qđ examina,vt dixi plene ī rep.l.stip'lones nō diuidunt.j.de ver.obl.in q. 5.& facit l.si in lege.§. colonus.s.loc.

LEX III.

1 *Citatus personaliter si non comparuit,& ex forma statuti citetur bis,habebit tantam dilationem in secunda citatione,quantam habuit in prima.*
2 *Distributio fienda per aliquem inter plures debet fieri arbitrio boni viri.*
3 *Promissio facta in illis terminis,quos Titius declarabit,intelligitur,quòd non declaret in vno termino.*
4 *Promissio de dando in tribus terminis,si non dicitur quibus,intelligitur in tribus annis.*

a Si legatũ. a Legatũ annua,bima,trima die,dēt præstari p annuas pstationes æquales, nisi alia mēs testatoris appareat,h.d.& est multũ notabilis lex,& singularis.p hāc l.dicit gl.q exponunt oēs ll.q dñt,annua,bima,trima die,& est no.hæc
1 lex ad multa.Dixit†statutũ,q reus in psona citatus habeat dilationē x.dierũ,& si nō cōparuit,tūc ēt bis citet,& nō repetit de dilatione.Certe p istũ tex.vr̃ dicendũ,q oēs dilationes sunt æqua
2 les.†Secũdo no.arg.b q si cōmittit alicui,q certā quātitatem di-
b stribuat inter plures æqualiter,vel inæqualiter, intell'r arbitrio
c boni viri.Tertio no.†q si pmitto tibi in illis terminis,quos Ti
3 tius declarabit,dēt intelligi,d q ī vno termino ñ declaret.Quar
d to no.e† q si pmitto tibi x.dare in trib.terminis,nec dico qbus,
e certe isti tres termini debēt intelligi in trib.annis,vt hac l.in fin.
4 Quinto no.quod si pmitto tibi dare centũ trima die intelligit .i.annua,bima,trima die,vt sic breuius locutus fuisse videatur.

ADDITIONES.

a Barbat.¶legatum.Et no.si primo citatur quis,vt compareat post decem dies,& si non comparuerit : bis citetur : intelligitur repetita prima dilatio. & vide quæ dixi circa hanc l.in c.Ioan.de testa.Quid si dixi,lego tibi x.quæ volo præstari primo,secundo,tertio anno,an intelligatur annuum legatum multiplicatum?vide Pet.& Ang.ī.l.qui hoc anno.ad fi.de ver.ob.& no.melius.quàm alibi,qualiter intelligatur annua ,bima, trima die,& no.Imo.in l.si quis legata.de cond.& demon.
b ¶No.arg.Facit ad no.per Bal.in l.j.de sac.san.eccl.
c ¶Intelligitur arbitrio.Facit quod no.Bar.in l.filius.§.cum pater.de leg.2.
d Alex.Debet ītelligi.Facit quod no.Bar.in l.eũ,qui kalendis,de ver.ob.in cōtrariũ facit d.l.eũ qui kalēdis,& contra Bar.ibi tenet Ro.sed vt setipsi ibi post eũ verior est sñia Bar.
e Pom.¶Quarto no.Vide modernos in l.legata inutiliter.§.si.ff.de leg.j.& vide in simili Fel.in c.ex literis.de consti.

1 *Vsura an possit imponi in vltimis voluntatibus.*

a §.Si cui certa. a Vsura † ēt in vltima voluntate non potest legitimum modum excedere.h.d.Do
1 hoc dixi in l.2.j.de his,quæ poe.no.& ibi allegaui istũ text.Hodie aūt de iure Canonico putarē,q nullo mō possit imponi vsura in vltimis voluntatibus,qa quicquid est vltra modum probabilem,est vsura,sed in poena dic,vt dixi in l.2.de his,quæ poe. nomi.

ADDITIO.

Barb.¶Si cui certa.Et vide Bal.in l.j.C.de his,quæ poe.no.An autem Papa poterit,vide Bal.in c.beneficium.extra,de reg.iur.in 6.de isto tex.vide Bar.in l.cum isti.de verb.obl.& vide Bal.in l.cum allegas.C.de vsu.& in l.j.C.de his,quæ poe.no.per Ro. in l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.oblig.

LEX IIII.

1 *Præstationibus in annuis an sufficiat vna præscriptio.*

Si in singulos. Legatũ annuũ p primo anno est purũ, psequentib.est cōdōnale.h.d. Opp. de l.post duos.C.de aduo.diuer.iud.Sol.Illa cōcor.¶Op.j.qñ di.l.ced. l.nec semel.circa prin.& l.si cũ pfinitione,& l.Firmio.§.fi. Gl.sol. trib.mod.Primo mō.q ibi fuit vnũ legatũ,sed pstatio fuit diuisa fauore hrdis: vl' hic cā alimētorũ,ibi certũ tps fuit adiectũ,hic ñ. ita dicit gl.Prima sol.est vera:tñ dic no.Qñq; sumus certi,vtrum testtōr diuiserit pstationē cā multiplicādi legatũ,vel cā diuidendi pstationes,& exonerādi hrdes,& stamus certo: sed in dubio aut fuit adiectũ certũ tps,aut nō.Primo casu loqr hic,cũ si. Scđo casu distingue,aut ex cā alimētorũ,aut ex alia,vt pbat text.in d.l.Si cũ pfinitione.¶Op.de l.si Stichũ.§.stip'lo.j.de ver.ob.& l.senatus.ī fi.j.de do.cā.mor.Sol.Aliud in ɔctib',in qb. ē vnũ,aliud in legatis,in qb.sunt plura:qđ dic,vt in l.si Stichũ.§.stip'lo, & plenius di-
1 xi in l.seruus cōis meus.§.fi.j.de stip.ser.¶Vltimo†gl.inducit hāc l.ad q.qñ est pstatio annua,vtrũ sufficiat vna pscriptio,vel requirātur plures,vt di cant plures?& dic,vt no.per gl.in l.cum notissimi.§.fi.super ver.cuiusq; anni.C.de præscri. 30.an. & dixi in l.de pupillo.§.si in pluribus.j.de ope.no.nun.& ibi gl.& Dy.

LEX V.

a A vobis. a Sufficit vltimũ annũ esse cœptũ,vt legatum annuũ p illo anno trāsmittatur.h.d.Opp.de l.si operas.s.de vsufr.& l.sed & si qs.§.si operas.eo.ti.Soluit gl.duob.modis.Tu dic br̃,hic loquit in legato annuo facto simpl'r,nō respectu alicuius facti explicādi a legatario,ibi vero erat stip'lo annua respectu alterius facti explicandi a stipulatore : & iō pro quota parte anni illud factũ impleuit,ex illa parte cōmittitur stip'lo, vt ibi:dixi plenè in l.seruus cōis meus.§.fi.j.de stip.ser. sed tetigi in
b l.si ex toto.§.fi.s.de leg.j.¶Item opp.b de l.petitionem.C. de adu. diuer.iud.Sol.expone,vt ibi gl.dicit:qa nihil ad hæredem transit, subaudi,nisi salarium illius anni:& no.in l.post duos. eo.ti.

ADDITIONES.

a Pom.¶A vobis.Vide per istũ tex. quid consuluit Sig.consi.52.incip.quidā Ia. notantes vbi tenet,quod idem etiā esset,si testator dixisset, quoad vixerit,& sine mandato.
b Barb.¶Item op.Et an officialis transmittat salariũ anni incœpti ad hæredes suos, vide bar.& Ang.in l.diem functo.suprà,de offi.asses.& vide casum singu.secundum bar.in l.fi. C.de donie.& prote.lib.12.& ibi dedi remissiones,& vide bart.in l.j.C.de re mili.lib.12. Bal.in l.petitionem.C.de aduo.diuer.iud.

LEX VI.

Annuam. Propter mortem executoris legatũ annuum non extinguitur.h.d.Opp.de l.legatũ. in fin.j. de admi.re.ad ciui.perti.Sol.glo.quia hic reliquit ad ludos honestos,ibi ad inhonestos.Opp.q non in perpetuum,sed vsq; ad certos annos debeatur,l.si vsusfructus.s.qui.mo.vsusf.amit.Gl.soluit, ibi in vsufructu,hic in legato annuo. In contrarium videtur tenere gl.j.eo.l.pen.& infrà,tit.j.l.vsusfructus,& ibi dicam.

LEX VII.

1 *Officium iudicis non est actio.*
2 *Fratres minores non petunt iure actionis relicta,sed index ex officio cogit hæredem.*
3 *Iussus testatoris,quod hæredes vsque ad decem annos debeāt communiter morari,quando valeat.*
Clausula,quod debeant stare,& morari communiter,quid importet.

Quintus. Dispositio respiciens solā authoritatē defuncti, non cōmodũ alterius,nō iure actionis,sed p of-
1 ficiũ iudicis effectui demandat.h.d.vsq; ad fi.No.notabile text.in
a fi.ibi,neq; oīmodo spernenda,neq;,&c.†No.q offin iud. a nō est actio

ADDITIO.

a Alex.¶Officium iudicis.Officium iudicis non est actio,& hoc no.bar.in l.j.suprà, de iurisdi.om.iudi.in 2.q.
Barb.¶Et vide bar.in l.j.suprà,de iurisd.om.iud.Sed præsupponit quasi actionem.Glo. est sin.secundum Ang.infrà,de verb.oblig.l.j.

2 actio:qđ plene solet dici Inst.de act.in prin.Secundo no.† ꝑfra-
a trib.minoribus,ꝙ non pñt petere iure actionis id, qđ eis est relictũ:certe cõpellunt hr̃des dare officio iudicis,vt hic.¶Vltimo
3 formo talẽ q.testor† iussit hr̃des vsq; ad x.annos debere morari cõiter:q̃ro,an ista dispõ aliqđ valeat?Vr̃ ꝙ nõ, qa licet testõr iubeat pupillũ apud aliquẽ morari,hoc oĩno seruari nõ dẽt, si sibi nõ expedit,vt hic,& l.j.š.vbi pu.edu.dẽat.Contrarium puto,ꝙ valeat,si alicui⁹ eorũ interest,vt hac lege,ibi aliter atq;,&c. Procu
b ius declaratione est vidẽdũ,qđ importẽt ista verba,qđ debeãt b stare,& morari cõiter.Vr̃,ꝙ importẽt,ꝙ oĩa bona sint cõia, vt l.
c fi.§.Lucius.š.de leg.2.& l.Lucius.in prin.ĵ.ad Tre.Sed ego c cõsulẽdo dixi al̃r:qa qñq; istud verbũ,cõiter,refert ad res,& tunc importat ꝙ ipsum patrimoniũ sit cõe,vt in legib.š.alle.Qñq; refert ad actum stãdi,seu morãdi cõiter,vt in themate ꝓposito, & tunc qñq; ista verba referuntur ad aliquos,q hñt p̃rimoniũ distinctũ, & separatũ,vt lego vni scholari centũ,si steterit, & moratus fuerit cõiter cũ Sẽpronio:tũc dẽt intelligi cõiter,id est,qđ expensæ victus fiãt cõiter,& equaliter ꝯferãtur,l.j.circa prin.& l.3.in fi.ĵ.đ colle.illici.Qñq; ista verba referũtur ad hñtes p̃rimoniũ cõe, vt qñ testõr iubet plures fratres morari cõiter,tunc dẽt intelligi,ꝙ equaliter fructus colligãtur,& equaliter expendantur,licẽt vnus hr̃et maiorẽ familiã quã alius,non ꝑp hoc tenebit̃ plus cõferre. hoc probat̃,qa verbũ,cõiter,dẽt intelligi i.equaliter.d.l.fi. §. Lucius.š.de leg.2.Hoc vr̃ dicere tex.de duob.fratrib.de nõ.be.inue. c.duo fratres.Pro hoc facit l.cũ duob.§.item Papinianus.aliàs incipit,si fratres.š.pro soc.Pro hoc vr̃ tex.ĵ.de do.exce.l.fin.§. fi.vbi ista verba,parem rationem feceris,exponuntur,i.eo nomine nihil exegeris.Ita hic,cõiter vixerint,debet intelligi, i.æqualiter, id est,quòd eo nomine neuter ab altero aliquid exigat.

ADDITIONES.

a Alex.¶Fratribus minorib.adde Bal.in auth.ingressi,de sac.san.eccl.& quod no.in l.ciuitatibus.de leg.j.& vide Bar.in l.nequicquam.§.fi.de offi.procon.& similiter in quibusdã relictis ad pias causas secundum Bal.in l.consulta.in fi.C.de test.per istum tex.

b ¶Quod debeant.Et Bar.hic simpliciter refert pet.de anch. in consi.389.incip. de iure communi proculdubio dicendum,&c.

c Barb.¶Sed ego.Et vide Bal.in l.cum oportet.C.de bo.quæ lib.vbi dixit, quod si pater mandauit,quod pupillus esset socius cõis cum fratribus,tenet.alleg.tex.sing.in l.qui negotiationem.supra,de admi.tu.& no.de isto verbo,cõiter.& vide de isto verbo,pariter, c.fi.de his,quæ fiũt a ma.par.ca.c.bonæ.el 2.de post.præla.c.cum olim.el 2. de off. del.l. si cui.ff.de do.cau.mor.l.si fundus.§.si duo pariter.ff.de pig.l.si pariter.ff.de lib.cau.& vide tex.in auth.post fratres.in verbo. pater succedat.C.de leg.hær.

LEX VIII.

1 *Legatum factum ciuitati in annos singulos dicitur perpetuum.*

In singulos annos. Legatum in annos singulos est simile legato vsusfructus, nisi in tribus,quæ hac lege ponũtur.h.d.tex.ibi finiat̃,&c.q̃ repetitio in legato annuo nihil operat̃,cũ in capitis diminutione nõ finiat̃, & sic est hic scđa dr̃ia.¶Vltimo gl.q̃ est hic,ponit casum in lege ista.Dr̃ hic,ꝙ vsusfructus finit̃ capitis diminutione.Contra,C.de vsufru.l.corruptionẽ.Sol.Minima capitis diminutione nõ perit, vt ibi:secus in magna,vel media,vt hic.¶Querit gl.hic sup verb.
1 ei do.†qđ si sit relictum ciuitati eo mõ,quo dr̃ in vers.& vsusfructus,s.p retentionẽ.Dicunt quidã, ꝙ tunc legatũ est perpetuum, nisi ciuitas patiatur aratrum,vt si hoĩes inde discedant aĩo deserendi ciuitatem,l.si vsusfructus.š.quibus modis vsus fru.amit.

LEX IX.

1 *Idem est dicere lego decem super illo fundo, quod obligo fundum pro decem.*

1 Fundus,quem. †Eriã res pignorata põt capi ex primo decreto,h.d.¶Quero qđ si testõr dicit, lego cẽtũ annua sup illo fundo,vtrũ ex hoc videat̃ illũ fundũ expresse obl̃are:& idẽ q̃ro in ꝯtu societatis?Dico,ꝙ sic,qa tm̃ ẽ dicere,lego sup illo fundo,quãtũ obligo illũ fundũ.Hoc ꝓbatur in rub.š.de reb.eo.q sub tu.& vr̃ tex.in l.codicillis.§.istituo.š.de le.2.

LEX X.

1 *Famulo,qui tribus scholaribus seruiebat,si duo recesserunt,an debeat diminui salarium.*

Seio. Legatum relictũ ob causam, determinat̃ fm causam sibi annexam.h.d.¶No.tex.ibi,cũ tã labor &c.¶Op.C.de insti.& substi.l.j.& ĵ.de cõd.& dem.l.in testõ.Sol.hic legatũ fuit factum in fauorẽ hr̃dis,vt apparet ex verbis testõris,sed ibi in fauorẽ legatarij.Alij dicunt distinguendũ esse,an iste amicus ceperit morari cũ hr̃dibus,vel non.q distinctio non est vera, vt ꝓbatur š.ti.j.l.qui ꝯcubinã.§.vxori.quare tene primã sol. & eodẽ mõ rñdẽ ad l.j.C.de le.Op.de l.Mæuia.ĵ.eo.Sol.ibi stetit p eum, cũ quo morari debebat;hic p casum.Hanc mãm dixi plene ĵ.de cõdi.& demon.l.illis libertis,vbi teneo opi.gl.reprobata opi. Pet. & Dy. ¶Quæro,qđ si illi,q decesserunt,instituerũt hr̃dẽ istũ superuiuẽtem?Certẽ cũ labor nõ esset minutus, cũ patrimoniũ esset integrũ apud eũ,non minuet̃ ista p̃statio,vt hic patet. Itẽ si testõr iniunxit aliqđ onus alicui,qđ ita faciliter expediatur pro tribus,sicut ꝓ vno,tunc qa onus nõ minuit̃,non dẽt minui p̃statio,vt hic,
a ibi,cũ tã labor,&c.Et hic ẽ arg.a†ꝓ famulo scholariũ,si famulus
1 cæpit stare cũ duob⁹,vl̃ trib⁹,& duo recesserunt,vtrũ debeat hr̃e
b tm̃ ab vno remanẽte quãtũ ab oĩbus?Certe catenus,b quatenus labor diminuitur,dẽt diminui p̃statio pẽsionis,vt hic:vñ cũ tãtus labor sit in seruiẽdo vni,quãtus est in seruiendo tribus,nõ deberet minui p̃statio,seu pẽsio,vñ arbitrio boni viri hoc statuetur.

ADDITIONES.

a pom.¶Et hic est arg.Ad idem est & econuerso, quod crescente labore debet crescere salarium,per Ro.consi.25.Fel.in c.cum olim.de re iud.

b alex.¶Certe catenus.Sequitur Bal.in auth.habita.in fin.C.ne fil. pro pat.item facit iste tex.ad alias quæstiones tactas per Bal.in l.j.C.de leg.in 2.opp.& istum tex.alleg.ad q. Bal.in l.fi.C.de indi.vidui.

1 *Dictum generale ad extraordinaria non extenditur.*
2 *Rusticus si legat domino quãtũ præstabat,intelligitur rõne erogationis annuæ.*
3 *Procurator generalis potest facere ea,quæ dominus ordinariè faciebat.*
4 *Casibus fortuitis qui renunciat,non intelligitur renunciasse insolitis.*

a §.Medico. a Dictũ gñale† ad extraordinaria nõ refertur.
1 h.d.No.casum. Dy. intelligit erogationis an-
2 nuæ ex forma ꝯuẽtionis:& p hoc dicit,†si rustic⁹ legat dño,quã tũ p̃stabat,dẽt ĩtelligi,p̃stabat,ex forma obl̃onis.Ego puto ꝯriũ, & intelligo erogationis annuæ ex forma p̃stationis,qa pluribus vicib.hic solitus fuit p̃stare,hoc ꝓbat̃ ĵ.ea.l.§.fi.Opp.ĵ.de ali.& cib. leg.l.Mela.§.j.vbi intelligi dẽt de eo,qđ p̃stabat vltima vice,hoc ẽ tpe mortis.Sol.ibi p̃statio sp fiebat respectu vnius cãæ,s.pp alimẽta.Vñ sp videbat̃ vna p̃statio:quæ rõ hic cessat, vt ibi no. Vlti-
3 mo no.†tex.ista ad multa.Procurator gñalis p̃t facere ea, q dñs solitus ẽ facere,l.vl̃ vniuersorũ,de pig.act.Nã dẽt ĩtelligi de his, q solitus ẽ facere ordinariè,secus in his,q solit⁹ ẽ facere extraordinarie.Itẽ tene menti ad aliud,aliqs renunciauit gñaliter casib.
4 fortuitis.Dicit gl.†ꝙ tenet̃ de casu fortuito,l.sed & si quis.§.q̃si-
b tũ.b š.si qs cau.qđ intelligo de casu fortuito contingente cõiter:
c secus si esset inusitatus, qui veniret de mille annis c vna vice,arg. huius l.& videtur tex.in l.fistulas.in fi.de contrahen.empt.

ADDITIONES.

a alex.¶Medico.item facit ad no.q.de principe,vel archidiacono,qui vẽdidit,vel locauit fructus regni,vel archidiaconatus,an intelligatur vendidisse id,quod sibi debetur,vel expensas,quæ sibi à ciuitatib.tradebantur in eius iocundo aduentu, seu ingressu.& facit iste tex.quod non,& ea,quæ habentur in l.his verbis.§.alumno.& §. fi.suprà.ti.j.& in l.si vero.§.item quicquid.so.ma.sed in contrarium facit l.diuortio.§. quod in ann.sol. mat.vbi illud,quod præstatur super extraordinaria præstatione, dicitur esse in fructu: sed ille tex.nõ ob.Bal.dicit Old.determinasse quod nõ,per supra dicta iura,& hoc in cõs. Old.121.& idem ibi tenet Imo.in d.§.quodammodo.ad idem faciunt quæ habentur in l.quæro,infra ti.j.quod no.

Pom.¶Vide quid per istum tex.inferebat Old.consi.129.& consi.9.in prin.

* ¶Claud.Vide plura ad hanc regul.per Felin.in c.sedes.de rescr ip.

b Alex.¶Quæsitum.Limitatio ad l.sed & si quis.§.quæsitum,si quis cau.

c Pom.¶De mille annis.Qualiter intelligatur de mille annis,declara per Alex.cons.471. incip.perfectis verbis instrumenti.

1 *De dictione præter.*

1 §.Vxori. †Dictio,p̃ter,ponit̃ inclusiuè,qñ cadit inter res separatas,quarũ vna non cõprehẽdit aliam.h.d.
a Op.ĵ.de pec.leg.l.nã qđ liqđe.§.fin.Rñ.hæc a dictio,p̃ter, b ponitur
b inter res separatas,quarũ vna aliã cõprehẽdit,qa inter genus & spẽm.Ita no.doc.in l.actione.C.de trãsa.& ibi gl.& ꝯsueuit dici ĩ l.j.in fi.š.de pig.act.Opp.ꝯ hoc de c.dudũ.2.extra,de elec.vbi Papa dixit sic.Dispẽso tecũ,vt talia beneficia,p̃ter obtẽta,possis licite obtinere,certe sup obtẽtis nõ vr̃ dispẽsatũ.Dicit Inn.ibi,hic loquimur in legato,qđ est fauorabile,iõ est facienda benigna interpretatio.vt ĵ.de re.iur.l.in testamentis,sed ibi loquitur in dispensatione,quæ est odiosa.Ita dicit Inn.in d.c.dudum.in vlt.gl.

ADDITIONES.

a Bar.¶Rñ.hæc.Et vide de ista dictione,præter,& de dictione,nisi,l.Titia.§.fin.de man. test.Cy.& Bal.in l.actione.C.de transa.Bar.in l.si eum.§. qui iniuriarum.ff.si quis cau.

b Ale.¶Dictio,præter.De dictione,præter,vide Barto.in l.actione.C.de transact.& in l.si eum.§.qui iniuriarum,si quis cau.adde Rom.consi.318.& Oldr.consi.49. vbi de multis aliis dictionibus.

a §.Libertis. a Si testator legat,quod viuus præstabat,ea solũ debentur,quæ legatarij causa præstabantur. h.d.Notabilis casus est,& menti penitus tenendus.

ADDITIO.

a ¶Libertis.Sing.est iste tex.valde,secundum Bal.in l.j.C.de leg.in vlt.co.

LEX XII.

Caius. Annua p̃statio fiẽda ex redditu certæ rei finitur morte legatarij,h.d.Et hæc l.fm glo. legit̃ duobus modis. Vno mõ fm Io.de qua opi.fit mentio in gl.2.Alia est opi.Ro.fm quã alio mõ legitur iste text.& eius opi.ponit̃ in glo.q̃ incipit.s. annuæ,& ẽt in gl.pe.Et ibi lec.Io.reprobat̃,iõ nõ recito eã,qa est ꝯ tex.sed forte al̃r hẽbat iste tex.q̃ habemus cõiter.Nã forte in fi. hẽbat,nõ videri,vt quidã hñt,pone ergo casum fm Ro.¶Op.ꝙ istud sit legatũ vsusfructus,l.si qs ita.š.de vsufr.Sol.ibi dẽbat pcipere oẽs fructus à se ipso,hic dẽbat dari de manu alterius,vt pa-
a tet ex verbis tex.¶Op.š.a de ser.rust.pd.l.itẽ.& l.veluti, vbi dr̃, ꝙ ista sit seruitus realis.Gl.soluit,ꝙ non est seruitus:qđ apparet,qa in seruitutib.dẽt qs pati,l.quoties.š.de ser.sed hic dẽt dare vnus alij,ergo ñ est seruitus.Præterea hoc apparet,qa seruitutes dẽnt constitui cũ quadã ꝑpetuitate,l.4.š.de ser.sed hic legauit annua. Tertiò apparet,quia seruitus dẽt constitui fm necessitatem fundi,l.& Attilicinus.š.de ser.rust.præd.hic vero nõ fuerunt relictæ arundines,& salices fm necessitatem fundi,sed noĩatim ad pondus

ADDITIO.

a Alex.¶Opp.š.Vide Bar.in l.Mela.§.quidam,de alim.leg.

dus, vel mẽsurã. Itẽ querit gl. an ista prędia sint obligata ꝑ tali pręstatione: gl. in verb. neque in rẽ. vr tenere ꝙ non, nisi ꝑ alimentis, l. Lucius. ꝟ. de ali. & cib. leg. & ibi dixi: qđ intellige verũ, ꝙ nõ sint obligata obl'one spãli, sed bñ sunt obligata obl'one gñali, qa oĩa bona defuncti sunt obligata, l. j. C. communia de leg. l. creditorib.
a ꝟ. de separa. ... ¶ Vltimo no. qñcut qñ legat sermo meo acqritur
b mihi, ita qñ legat rei meæ vr mihi relinqui, vt hic, qd tene mẽti.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Vltimo no. Facit quod no. bal. Flo. & Cy. in l. si seruus plurium, in prin. ff. de le. j.
b ¶ Videtur mihi. Quando legatum rei meæ mihi acquiritur, facit l. ij. ꝟ. de contrah. emp.

LEX XIII.

1 *Conditio, quæ pendet ex potestate legatarij, & alterius, si ex facto alterius impediatur, sine facto legatarij habetur pro impleta.*
2 *Assessor remotus ab officio sui culpa an debeat habere salarium.*
3 *Assessor remotus ab officio in medio officij sui culpa, debet habere salarium pro tempore, quo seruiuit, & culpam non commisit.*

a
1 Mæuia nepotem. Cõdõ, † ꝙ pendet ex ptãte legatarij, & alterius, si ex facto alteri⁹ impediatur sine legatarij culpa, habetur ꝑ impleta. h. d. ¶ Op. & vr, ꝙ ẽt qñ sine fraude remouet̃, nõ ꝯsequatur legatum, per l. Seio, in prin. ꝟ. e. sol. ibi fuit remotus pp casum, hic facto alterius, in cuius
2 persona debebat impleri cõdõ. Principiũ huius † l. facit ad q. de assessore. q pp suũ delictũ, vel barratariã remot⁹ est ab officio, an
b debet habere salariũ? Hic vr tex. ꝙ nõ. Ia. de Are. allegat ẽt l. quid ãt. in fi. ꝟ. de excu. tu. gl. tangit in l. diem functo. in fi. ff. de of. asses. S3
3 in vno † circa hoc dubito: pone, ꝙ assessor sui culpa in medio officijsui remouetur, an debeat habere aliqd de salario ꝑ eo tpe, quo nõ ꝯmisit culpã. Vr ꝙ nõ, arg. l. etiam si patris. ꝟ. de leg. j. In contrarium vr, & hoc puto verũ, qa ipse d3 habere salarium ꝑ illo tpe, quo nõ ꝯmisit culpã: sed ꝑ illo tpe futuro, quo culpã ꝯmisit, tenebit ei, q ꝯduxit eũ ad interesse. l. si fundus, ver. si l'r. ꝟ. loc. & sic intelligo hanc l. ꝙ hic nõ poterit petere fideicommissum, s. ꝑ futuro tpe, quo est pp culpã remot⁹. Non ob. l. etiam si patris. ꝟ. de le. j. qa ibi excusabat se à patre respectu rerũ: vñ nullo tpe, & nullo mõ fecerat, qđ debebat: hic vero remouetur à patre respectu tpis. & sic in parte temporis fecit totum quod facere debebat. Fallit in casu l. iudices. C. de anno. & trib. lib. 10. Vel dic, vt ibi dixi.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Mæuio nepo. Et vide bar. in l. iudices, hic al. Abb. in c. cum sit, de for. comp.
b Habere salarium. Assessor priuatus officio propter suum delictum an debeat habere salarium, & vide bal. in l. eden. C. loc. & in l. j. in fi. C. de suffr. & bar. in l. j. §. diuus, in fi. de var. & extraor. cog.

1 *Morari qui tenetur cum aliquo, non tenetur cum alio sequi: sed hoc declarabitur arbitrio boni viri.*
2 *Legatum factum alicui si cum aliquo moraretur, si ille habet vxorem, & vxor non vult, quòd cum eo moretur, habebit legatum, & de nocte morabitur cũ vxore, & de die cum illo, cum quo morari debet.*
3 *Vxor tenetur sequi virum peregrinantem, si tempore, quo ipsum accepit, peregrinabatur, vel peregrinatio sit futura modica.*
4 *Aduocatus an teneatur sequi forum, si causa est mutata: remissiuè: & gl. all. distinguit, ꝙ remotè aut parum remotè.*
5 *Fideles imperij non tenentur sequi imperatorem, si fructus feudi ad impensas non sufficiant.*
6 *Morari debens cum aliquo, an debeat in domo operari.*

a
1 §. Vxore. Qui tenetur † cũ alio morari. nõ tenetur eũ simpliciter alio sequi: sed hoc declarabitur boni viri arbitrio. h. d. ¶ In tex. ibi, dirimendã esse, dic eo mõ, quẽ in seq. q. poner. ¶ In tex. ibi, & mõ i. vtrũ qualitas legati ad expensas sufficiat, vel nõ Ita exponebat Ia. de Ra. & Pet. No ergo casum istum,
2 vt dixi in sum.mario. Hæc lex facit ad multa. † Primo aliquis d3 cũ aliquo morari, & sub hac cõdõne fuit sibi relictũ annuũ legatũ,
b & vxor sua nõ vult vt stet mecum, sed secum an debeat hr̃e illud legatũ? Primo vr, ꝙ sic, cũ nõ stet per eum, vt ꝟ. in prin. huius l. & l. Labeo scribit. ꝟ. de ꝯh. emp. & l. si Titius statuas, de ꝯd & dem quæ
c li. dicunt, ꝙ si qs per tertiũ iustè impeditur, cõdõ hr̃ impleta. Doct. nr̃i dñt. ꝙ in die moret̃ cu quo d3, & de nocte cum vxore sua, & ei debitũ reddat, arg. ꝟ. de ope. lib. l. medicus & l. cũ patronus, in fin. & l. pe. in fi. e. ti. Sed si esset casus, in quo cũ ea in die hr̃et morari: puta, in casu infirmitatis, & sic haberet necesse morari cum ea, l. si cũ dotẽ. §. si nãt in sæuissimo. ꝟ so. ma. tũc putarẽ, ꝙ dr̃et hr̃e lega-
3 tũ, & cõdõ hr̃ ꝑ impleta, vt in legib. ꝟ. all. ¶ Scdo † q uæro, an vxor
d teneat̃ seq virũ peregrinantẽ? Hãc q. format Cy. C. de ope. lib. l. libertus, & Guil. de Cu. format ꝟ. de of. pc. l. obseruare. §. ꝑficisci ipsi determinant, ꝙ si vir incipiat peregrinari p mũdũ, nõ tenet̃ virũ seq, arg. huius l. & l. ꝙ nisi. §. j. ꝟ. de oper. lib. nisi tpe, quo ipsa duxit eũ in virũ, ꝯdõnẽ suã sciebat. Tũc. n. vr in eũ cũ illis cõdõnib. consensisse, ꝯsiderata qualitate ꝑsonæ, l. plenũ. §. æqtij. ꝟ. de vsu. & ha. C. de spon. l. fi. circa med. & l. ꝑmittendo. §. pe. de iu. do. si esset quę dã peregrinatio modica, & honesta, tunc tenetur ipsa virum se-
4 qui, ar. huius l. & gl. est extra de coniu. lepro. c. j. ¶ Tertio † inducit̃ in arg. an aduocatus teneatur sequi forum, si alibi cã mutata est?
5 De hoc est gl. in l. sed & hæ. §. non solum. ꝟ. de proc. ¶ Quæro † inducit Dy. hũc §. ꝙ fideles imperij nõ tenentur seq Imperatorem,
e si fructus feudi ad ĩpensas itineris non sufficiant, vt hic in fi. & ꝑ
* hoc qđ no. in feu. de pace tenen. § fi. * ¶ Vltimo † text. iste facit ad
6 aliud, si aliqs dẽt morari cũ aliquo. qđ dẽt facere ĩ domo, dẽt ne operari? De quo dixi ꝟ. de ali. & cib. le. l. Caio. §. fi. tene menti ista.

ADDITIONES.

a ¶ Vxore. Istum tex. alle. Bar. in l. si conuenerit, de iurisd. om. iud. & vide quod per istũ tex. dicit Bal. in l. acceptam. C. de vsur.
b ¶ Debeat habere. Quid importet hoc legatum, lege centum, si cum Seio steterit, dic vt per Bar. in l. Caio. §. j. de ali. leg.
c ¶ Pro impleta. Sed quid si relinquitur mulieri, si alibi non discesserit, & mulier extra domum nubat, vtrum si filij nolint eam sequi, relictũ debeatur, tex. est no. in l. tale, in prin. ꝟ. de cond. & dem. & ibi doct.
d Alex. ¶ Format Cy. Vide Bal. & Ang. in l. si cum dotem. §. si maritus, solu. mat. & Bal. in l. qui manumittuntur. C. de ope. li. & Cyn. in l. j. de re mil. & vide Imo. in d. §. si maritus, in rub. so. ma. & adde gl. in c. vnaquæque, 33. q. 2. quia aut culpa viri hoc contingat, aut non, si culpa viri, non tenetur, secus si non culpa, arg. no. in c. j. qui mat. accu. poss. & per hoc dici posset, quid si maritus sit expulsus propter partialitatem, an mulier teneatur sequi, si vir hoc velit, & offerat alimenta, an vero interim poterit remanere in ciuitate si velit, & dotem petere, per ea, quæ no. Bar. in l. si constante. so. mat. Alb. & Odoff. tenet, ꝙ nõ teneatur sequi. per ea, quæ not. hic habentur, sed in d. §. si maritus, distinguunt, aut est culpa viri, aut non, per prædicta iura Canonica. Et adde Bal. in l. qui manumittuntur. de oper. lib. & no. glo. in c. j. de coniug. lepro. & not. 33. q. j. & 2. c. si quis necessitate. adde, vt per Pa. de Cast. cons. 293.
e Alex. ¶ Non sufficiant. No. pro Baronibus Siculis, vt non teneantur sequi regem, si fructus baroniæ non supetunt. Et adde Bar. in l. Imperator, ad Treb. & Bal. in l. qui manumittuntur. C. de oper. liber.
* Clau. §. fi. Pro hoc in simili facit l. mediterraneæ. & qđ ibi not. C. de annon. & tribut. lib. x.

LEX XIIII.

1 *Legatum incertum valet fauore alimentorum.*
Idem fauore piæ causæ.
2 *Promissio incerta in contractibus quando valeat.*

1 Si cui annuum. Fauore alimentorum valet † legatum
a incertum. h. d. Op. de l. cum post. §. gener. de iu. do. So. speciale est fauore alimentorum. Simile in cæteris piis causis, vt dicam in d. §. gener. Vel in legato ad viam reficiẽdam, l. quidam. ꝟ. de leg. 2. Alij dñt spãle est in legato annuo, secus in legato simplici. Hæc so. non hẽt rõnẽ in se nisi poneres, ꝙ annuum legatũ sp esset factum in cã alimentorũ: quod nõ est verũ, vt no. ꝟ. eo. l. codicillis, immo dẽt distingui, an relinquat̃ personæ pauperi, aut diuiti, vt not. in l. cum hi. §. si in annos ꝟ. de transf. quare teneas primam sol'onem, ꝙ fuerit legatũ in cã alimentorum, quia expressè dixit, vel ex persona legatarij tacite ꝑsumatur. Quæ-
2 ro, † quid in ꝯctibus, an valeat promissio incerta? Glo. dicit, & bene, ꝙ non. d. §. gener. & l. triticum, & l. ita stipulatus ꝟ. de verb. obl. quod intellige, nisi ex aliquo declaretur, d. l. triticũ, vel nisi fiat ex causis fauorabilibus, vt in dote, & in via reficienda, & similibus, l. j. & ibi no. C. de do. promi. & in d. l. cum post. §. gener.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Op. de l. cum post. Vide Cy. & Bal. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. ecc. adde alium casum, vbi legatum incertum valet, si fiat causa studiorum, vt voluit Bal. in l. j. ꝟ. de leg. 2. licèt intelligat de eo, qui studet in sacra Theologia, quod nõ puto verum, sed in omnibus qui student, quia cum sit hoc in dote, vt d. §. gener. ergo idem erit in studentibus, quia causa studiorum, & dotis æquiparantur, vt per Bar. & doct. in l. j. in fi. so. ma. & ꝙ idem sit in causa studij, facit l. Stichus liber esto. ꝟ. de leg. 3. & quod ibi no. dixi post Bar. & no. gl. in d. § gener. ad fi. gl. magnæ, adde ad gl. hic & Bar. hic glo. similem in c. nos quidem, in gl. pe. & doc. de test. & Spec. in loco ibi alleg. per doct. in tit. de instr. edi. § nunc vero aliqua, ver. quid si testator, & gl. in d. l. priuilegia, & Bal. in l. j. eod. ti. bene fa. it l. id quod pauperibus, de episc. & cle. quam declarat Bar. in l. quidam, de reb. dub. licèt aliter velint Pet. & Cy. & Bal. in d. l. priuilegia, & adde Bar. in l. quidam, ꝟ. de vin. tri. & oleo l. & Bart. in l. Titia. §. fi. de aur. & arg. leg.

LEX XV.

1 *Solutio facta perdituro, si non perdidit, liberat soluentem.*
2 *Dilatio in dubio præsumitur apposita gratia debitoris.*
3 *Emphyteuta an possit soluere canonem pro pluribus annis.*
4 *Emphyteuta potest particulariter soluere canonem & in tribus vicibus, dum tamen solutionem compleat vnius anni.*

Eum, qui. a Si dilatio ponitur gratia legatarij, non põt soluí ań, secus si gratia hæredis. h. d. ista lex. Distin-
1 guitur ergo: cuius gratia tempus sit appositum. Hic dicitur, † quãdo soluitur perdituro: sed quid si non perdidit? gl. ꝙ sol'one libe-
2 ratur, & bene, vt in glo. patet. ¶ Item † quere, quid in dubio? dicit glo. ꝙ in dubio præsumitur tempus appositum gratia debitoris, vt no. ꝟ. de verb. obl. l. qui Romæ. in prin. in fi. gl. magnæ. ¶ Vltimo
3 Dy. † inducit ad q. an emphyteuta possit soluere pensionem pro plurib. annis futuris? Videtur ꝙ sic, per l. statuliberos. §. Stichus. de statulib. sed ibi est spãle fauore libertatis. Ita dicit glo. ꝟ. si cert. pet. l. quidam existimauerunt, sed Cy. C. de iure emphyt. l. 2. in fi. dicit, quòd dominus pro futuro tempore nõ cogitur recipere. Ratio est, quia particularis solutio affert domino plus de cõmodo, quia per particularem solutionem ius domini facilius probatur, l. si certis annis. C. de pact. vbi no. per Cyn. quia licèt ex sol'one annua debitum præsumatur, nõ esset idem, si fieret vna sol'o decem an-
b nis, b vel pluribus. Et istud videtur esse verius, tamen possumus dicere, & determinare istam q. per ea, quæ notantur in l. qui Romæ, in prin. ꝟ. de verb. ob. Nam cum hic tempus apponatur gratia creditoris, i. domini, vt facilius probet ius suum, & gr̃a rei, vt hãat dila

ADDITIONES.

a alex. ¶ Eum, qui. Vide Bar. in l. si ita. §. Pegasus, de leg. j.
b Claud. Pro decem annis. Vide quod not. alex. in l. pen. C. de apoch. public. lib. x.

dilationē: tunc si vult soluere, ꝓ futuro tpe cū oī interesse credito
a ris, l. dñi, bñ audit,ª vt d. l. q̄ Romæ. ī prin. no. Nā poterit soluere fa
ciēdo dño instrm, in quo ipsum in dnm recognoscat ꝓ tāto tpe.
4 ¶† Quæro, qd eē̄, si emphyteuta nō vult soluere totā pēsionē si-
b mul, sed particulariter, an possit?ᵇ Vr̄ ꝙ nō, l. tutor. §. Lucius. s̄. de
vsu. & l. planc. s̄. famil. ercis. sed in contrarium est l. placuit. C. de
colla. fun. pa. lib. xij. vbi potest soluere particulariter, dum tamen
in trib⁹ solutionibus compleat solutionem vnius anni. Vel potes
dicere, ꝙ ille casus est specialis, vt no. per gl. s̄. si cer. pet. l. quidam
existimauerunt, & sic particulariter non potest soluere.

ADDITIONES.

Alex. ¶ Bene auditur. Emphyteuta an possit petere pro futuro, vide Bar. in d. §. Stichus, cū seq. Gui. & Bal. in l. plures. in fi. C. de fi. instr. & quod habetur in l. stipulatio, §. inter certā, de ver. ob. & Bal. in l. si quis argentum, C. de dona. & Bal. in d. l. ij. in vlt. col. C. de iur. emphy. & quod no. Bar. in l. si cum præfinitione, quando di. le. ced. per Bal. in l. filiusfa. §. diuus, de leg. j. & Spec. in tit. de loca.

b Alex. ¶ an possit. Quid autem si quis partem soluit, non autem totum, vtrum res incidat in commissum? Bal. videtur dicere ꝙ sic, per illū tex. in l. pe. C. de his, qui. vt indi. melius in rub. C. de contrahen. emp. in x. q°. & ad Bar. hic adde quod no. gl. pen. in l. 2. & ibi Bal. in vlt. col. C. de iur. emphy. qui alle. dictam l. placuit, videlicet quando debet fieri solutio canonis, & quomodo, aliquid per Rom. in l. stipulatio ista. §. inter certam, de verb. obl.

LEX XVI.

1 *Officium iudicis pro legato facto seruo pro alimentis competit.*
2 *Seruus, vel monachus an possit constituere procuratorem ad petendum legatū annuum pro alimentis.*

Seruus post decem. Legatum annuū relictū seruo à dño debetur tpe seruitutis, & libertatis. h. d. Dr̄ hic, ꝙ interim cogitur præstare alimenta. Cōtrà, C. de legat. l. seruis. Gl. huius timore intelligit duo. mod. † Pri-
a mò, ꝙ cogitur offō iud. quod est spāle fauore alimentorum, l. ser uos. j̄. de ali. & cib. leg. & l. si in metallum, de his, quæ pro non scri ptis, & hæc est verissima lect. Alio modo intellr̄, vt j̄. de verb. obl. l. homini. & l. lecta. in fi. s̄. si cer. pe. Vult dicere, ꝙ seruus non agit ɔ̄ dominū, vt in ɔ̄riis, sed postea factus liber agit etiam pro præteri to tempore, l. homini. de ver. ob. & l. lecta. si cer. pe. Hæc sol. nō pla cet, quia tex. dicit, interim, & sic agit dum est seruus, quare teneo primam sol. Sed scd̄a lec. esset in se ponendo legatum annuū esse factum in cām alimentorum: quod in dubio præsumitur, cum ser uus nihil habeat. Sed si poneremus legatum esse factum in aliam cām, q̄ in cām alimentorum, tūc cū legatū annuū quolibet anno cedat, tpe quo esset seruus, reperitur nō capax, nō valeret, vt s̄. eo. l. cū in annos, nisi poneremus sic legatum esse factum, ꝙ voluerit testator differre ī tps libertatis, d. l. hmōi. & l. lecta. in fi. s̄. si cer. pe.
2 ¶† Quæro, an seruus possit cōstituere ꝓcuratorē ad petēdū illud legatū. Dixi j̄. de ali. & cib. leg. l. seruos, & est casus s̄. de ꝓcu. l. seruum quoq;. in prin. Et hanc q. vidi de facto in quodā monacho.

LEX XVII.

1 *Dictio, quo ad, vel donec, an habeat vim repetitionis.*

a Legatum ita est. Legatū, donec nubat, intellr̄ annuū. h. d. ista lex. Op. ꝙ debeat intelligi in dubio, quod est minimum, l. apud Iulianum. §. Seio. s̄. de leg. j. & l. si ita. co. ti. & sit vnum legatum, non plura. Huius timore dn̄t quidā ꝙ vnum legatum est, ꝙ dicit, debetur singulis annis, exponitur, s.
b aliquid quantitatis. Ista opi. est ɔ̄ istū tex.ᵇ adiicit. n. id legatū, &c. nō dicit aliquid illius legati, nec dicit solui, sed deberi. Quare dic ꝙ hic est speciale fauore dotis: & idem esset fauore alimentorū, vel in aliam cām similem, vt dixi s̄. eo. l. si cui annuum, vt per hoc habeat pinguiorem dotem, & facilius nubat, per l. j. s̄. so. ma. Quæ ro, quid in ɔ̄ctibus, & in aliis dispositionibus? Vr̄ ꝙ idem. Vn̄ non sit hoc spāle, l. sicut in annos. s̄. quib. mo. vsusf. ami. Et videtur tex. in l. pe. s̄. de excu. tu. & l. eum, qui ita. j̄. de ver. ob. Pe. videtur dicere, ꝙ aliud sit in ɔ̄ctib. & ita pertransit. Ego dicerem sic. Quandoque in oblōne venit aliquid, quod habet cām successiuam, vt vsusfru
1 ctus, tutela, & sīl'ia, & isto casu fateor, ꝙ † dictio, quoad, donec,
c & sīl'ia, habet vim cuiusdam repetitionis,ᶜ di. l. sicut in annos. in prin. & l. pe. s̄. de exc. tut. Siverò venit in oblatione illud, quod hēt cām momentaneam, tunc intelligo simpliciter, ꝙ non videtur fa cta repetitio de annua præstatione, sed illius quātitatis, quolibet anno aliquid soluetur, vt hic secundum vnam lect. Et hoc per rō nem, quia in dubio tps debemus intelligere appositum gr̄a debitoris, l. eum, qui. s̄. eo. & quia in oblōne debemus inspicere quod est minimum, vt s̄. dixi. Non ob. l. eum qui ita. §. qui ita, quia debemus intelligere, ꝙ fuit expressum in stipulatione aliquod annuū, vel menstruum, vt ibi no. aliàs secus, vt ibi dixi.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Op. Quid autem si sit hæres grauatus, ꝙ vestiat viduam, an satis sit vnum vestimētum pro toto tempore præstare? vide Bal. in l. j. C. de fideicom.

b alex. ¶ Cōtra istum tex. bar. & doc. in l. eum, qui ita. §. alle. vāt indistinctè intelligere hāc l. in omni legato. Et vide imo. no. in l. qui hoc anno. ad fi. de verb. obl. & in l. j. de cond. & dem. idem tenet bar. etiam in l. qui concubinam, §. vxori, s̄. ti. j. & hoc forte verius per istum tex. indistinctè loquentem.

c ale. ¶ Cuiusdam repetitionis. No. de dictione, quoad, & donec, de quibus etiam per bar. in l. j. j̄. de cond. & dem. & idem in dictione, dum, in l. qui concubinam, §. vxori. cum gl. s̄. ti. j. adde de dictione donec, Pau. de Cast.

a §. Vini. ª Qd̄ deficit in fructu vnius anni, supplet ex fructib. sequentium annorū, in annuo legato. h. d. Hāc mām plenissimè examinaui in l. inter stipulantē. §. sacrā. s̄. de ver. ob. Dy. ponit in l. si quis argētū. C. de do. Tetigi j̄. de ali. & cib. leg. l. Lucij.

ADDITIO.

a Barb. ¶ Vini. Et tu vide ang. eleganter loquentem in l. si fideicommissum, §. tractatum, s̄. de iud. vbi omnino vide.

LEX XVIII.

1 *Legatū annuū factū diuiti nō videtur factum cā alimētorū, secus si sit pauperi.*

a Codicillis. ª Petitio legati diuisi per tempora exonerationis gr̄a, nō transmittitur ad hæredē: & adiectio tpis ī dubio nō refertur ad tps ætatis. h. d. op. annuum legatū finitur morte legatarij, vt s̄. e. l. in singulos. Sol. ibi loqtur de legato annuo relicto simplr̄, hic vero de legato relicto cū pfinitione cer ti tpis: vn̄ nō sunt plura legata, s; vnū diuisum p tpa. Secūdò op. legatum annuum in dubio videtur intelligi causa alimento-
b rum,ᵇ d. l. si cui annuū. s̄. e. ergo morte finit, l. si cum præfinitione. ī prin. j̄. quando di. leg. ced. & l. firmio. §. fi. e. ti. & l. 3. j̄. de cond. & de
1 monst. & l. cum hi. §. domus. s̄. de trans. gl. sol. † optimè, illud est verum, quando relinquitur pauperi, sed hic relinquebatur à paupere diuiti, quo casu non præsumitur in causa alimentorum, vt no. in l. cum ij. §. si in annos. s̄. de trans.

ADDITIO.

a Codicillis. Istum tex. allegaui tibi pro sing. in l. si cui legetur, §. j. post Imo. de le. j.
b Causa alimentorum. Vtrum legatum annuum in dubio videatur factum fauore alimentorum, & vide in l. si Stichum, §. j. de ver. ob.

1 *Hæres repudians hæreditatem non potest retinere officium executionis.*

§. Sticho. Nudo ministro recusante legatum recipere, legatarius pt̄ petere añ diem. h. d. Et est no. casus. op & vr̄. ꝙ nō ɔpetit cum effectu ante diē, vt j̄. de cond. & de l. j. Sol. hic dies fuit apposita fauore legatarij: in contrariis secus. ¶ Op. de l. Firmio. §. fi. j̄. qñ di. leg. ced. Sol. Intellige, ꝙ hic debebat tenere in deposito, ita ꝙ inde nullū cōmodum sentiret. ¶ Vltimò op. quo ad propositum, licèt ista Sempronia repudiet, & hæreditate non adeat, pt̄ tñ retinere pecuniam tanq̄ minister, qñ ille, qui non est hæres, pt̄ esse minister, l. alimenta. in prin. j̄. de ali. & cib. leg. cū si.
1 Sol. † Quandocunq; hæres institutus efficitur minister, vel execu
a tor testamēti, si repudiat hæreditatem, nō pt̄ retinere officium executoris, casus est hic, & j̄. de fideic. lib. l. Lucius, qd̄ tene menti.

ADDITIO.

a Barb. ¶ Quandocunque. Et vide quæ notaui in l. post legatum, §. amittere, de his quib. vt indig.

LEX XIX.

& testatoris.l.placet.s̃.de lib.& posth.& ibi Bar.& ad practicam,& declarationem huius
quæro,quid si testator dixit,lego meum Digestum nouum, & mortuo testatore legata-
rius illum petit,& hæres dicit,fuit quæsitum post testamentum, quis probabit, & vide
no.per Roma.in l.in illa.de verb.obli.cui adde Bal.in terminis.in l.fi.§.fi.C.de appe. &
de hoc pronomine,meum,vide no.per Bal.post alios in l.j.s̃.de statu homi.adde Angel.
cons.260.
c Ale.¶Dic sic.An verba præsentis.& præteriti extendantur ad futura,vide Bar.in l.certa
forma.de iure fisci.lib.x.& adde quod no.gl.bar.& Imo,in l.talis scriptura.de leg.1.& ad
de no.per doc.in cle.literas,de resferi.& in c.fi.eo.ti.& ibi etiam habetur , quando præte-
ritum trahatur ad futura,& quid de præterito imperfecto,vide in l.si debitor.§.verisimi
le.per Bar.de contrahen.emp.& in l.verbum oportebit.de verb.sig.& istis adde Bal.not.
in d.l.si ita scripsisset.de l.2.& quod si aliquis renunciat priuilegijs, dic quòd non vide-
tur renuntiare futuris,secundum Ang.in l.j.ff si quis in ius voca,non ierit. Adde,quan-
do verbum potest,ad præsens,& futurum trahitur,ad quod sit trahendum, Rom. consi.
233.
Pom.¶ Primo casu. Vide Bal.cons.50.Bar.cons.51.in 1.col.in 2.volumine.& vide Mod.
d Senenses,in l.j.ff.de leg.j.dum referunt Bal.in l.omnia.C.de epis.& cle.& vide Panor.in
c.quia.extra,de priuil.
Ale.¶ Et vniuersale.Inter vniuersale,& generale,est differentia.Et istam distinctionem
e etiam in effectu ponit Pet.de Bellaper.in l.grege.de leg.j.per Cy.& doc.in l.fi.C.quæ res
pig.vnum addit Pet.in d.l.grege.quòd quando per verba vniuersalia, seu indefinita fit
dispositio præiudicialis,& non poterat sciri,quantum præiudicium poterat futurum af-
ferre,non comprehenduntur futura,vt hic,& l.medico. j̃.eo.tamen fallit,nisi inquisitio
illius fuerit inchoata tempore dispositionis quia illa comprehenditur.alle.l. cum qui-
dam.s̃.eo.quod tene menti.Sed contra distinctionem Bar.hic dicentis, quòd verba ge-
neralia referantur ad tempus testamenti,videtur tenere imo.in d.l.fi. §.1. & ibi etiã per
Bar.de le.2.Et quid si testator dicit relinquo quicquid habeo Perusij,an videatur lega
tum vniuersale adeo quod post quæsita veniant,vide Bar.in l.si tamen,s̃.de testa.tut.vl
tra hic no.in materia etiam per Cy.in d.l.grege.
Ale.¶ Et ibi no.Quod verum intelligunt doc.in d.l.serui & in l.si ex toto.eo.ti.si adiicia
f tur pronomen,meus,alias secus,tamen fallit in eo,quod accresceret per alluuionẽ,quia
tunc omni causæ accrescit,secundum Cyn.in l.grege.eo.tit.& imo.in l.si quis hoc,& in
l.quòd in rerum.§.j.in l.serui.§.fi.eo.ti.
* Claud. An futura veniant. Vide aliã q̃ñe quã in proposito ponit Pau.de Cast.in l. cum
stipulamur,j̃.de verb.ob.& ibi etiam per Alex.Si autem legat quicquid restaret solutis
debitis, an veniant postea quæsita.
g Barb.¶ Quæro,scitis.Et vide Bar.in l.si ita quis.de lega.2.vbi aliter loquitur.

importat, vt. C. de emen. propinq. l. j. ¶Item habes hic tex. quòd
8 si lego tibi vestem meam, ꝙ inspicitur præsens tempus, †Pone, ꝙ
a vir legat vxori omnes vestes suas, & illæ vestes sunt corruptæ, &
aliæ factæ de nouo, vtrum extendatur ad futuras, & videtur, quòd
non vt hic, idem potest q̃ri de frumento ꝯsumpto, & alio recolle
b cto: sed dico, ᵇ ꝙ si testor addidisset aliā vestē, & prima superesset,
illa addita non esset in legato. Sed si prima esset ꝯsumpta, & alia fa
cta loco primæ, vt si habeat pānos quotidianos, & sūt cōsumpti,
& alios fecit loco primorum tūc talis vestis de nouo facta legato
cedit, q̄a prima vr̄. Primo ꝓbatur ex theorica. s̄. dicta, cū dixi, si va
riatio ꝯtingit circa idem, vel circa id, quod h̄r loco eiusdē. Hoc ꝓ
bat. j̄. ti. j. l. fi. & l. filiæ. §. j. j̄. de cōdi. & demō. & l. Lucius. in prin. s̄. de
le. 2. vr̄ gl. in frumen. in l. fructus. in fi. vlti. gl. sol. mat. Pro hoc facit l.
item si fundi. §. seminarij. s̄. de vsufr. quod tenet Ia. de Are. in l. si ser
9 uus. §. qui quinque. s̄. de leg. j. ¶† Quæro testator legauit alicui
c podere suum, quod habet in tali vila, postea emit ibi aliquas pos-
sessiones, an illę possessiones de nouo emptæ cedant legato? ista
q̄ō residet in hoc, an legatum poderis sit vl'e, vel generale, vel nō:
& istud vocabulum, podere non reperio in iure nostro, sed repe-
rio significationem verbi, mansus. Nam dicitur mansus, quārum
quis cū vno paribou[m] laborare potest in anno, vt no. in c. 1. extra
de cēsi. & in vsib. feu. si de inuesti. feud. fue. ꝯtro. c. j. §. pen. Modo si
est aliquod additum vn à cū eo, quod prius erat, ita ꝙ cū illo pōt
laborari, venit in legato, alias non: dic tn̄, vt dicā j̄. de reb. dub. l. j.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Pone, quòd vir. Et istud dictū refert, & sequitur dominus Pet. in c. indicante. de testa. & vide quæ ibi dixi.
b Ale. ¶ Sed dico. Adde Bar. in l. quidam. de vino, tritico, & oleo legato.
c Ale. ¶ Testator. Vide Bart. in l. Seiæ. §. Tyrannæ sorori, de fun. instr. & Bal. in l. leges. C. de legib. & in rub. de verb. signi. & in l. si plures, de condi. infer.

LEX IX.

1 *Verba testatoris in dubio dēnt intelligi, ita quòd non sit in cōstructione peccatū*
2 *Omnis est vniuersale collectiuum, & potest plura comprehendere.*
3 *Adiectiuum pluralis numeri licet detur ad duo substantiua, tamen etiam potest dari singularis numeri.*
4 *Adiectiuum pluralis numeri neutrale datum ad duo substātiua, quare non referatur ad omnia.*
5 *Grammatica mala non vitiat instrumentum, rescriptum Principis sic.*

1 Plautius. Verba † testōris in dubio dēnt intelligi, ita ꝙ nō sit in constructione peccatū. h. d. ¶No. ꝙ n̄ debet
peccari in grāmatica. ¶ Op. de. hæres meus. §. j. s̄. de leg. 3. Huius ti
more dicit Ro. quòd ista lex l oquit̄ s̄m rigorem, sed de æquitate
refertur ad omnia: & probatur in quibusdam additionib⁹, ꝙ Dy. te
net istā opi. pro quo facit tex. dum dicit s̄m verba testī, &c. Mihi
vr̄ ꝙ ista nō sit bona sol. Primò q̄a esset corrigere istam l. Secūdò,
quia est ꝯ tex. dū dicit, quia verisimile, &c. & ideo dic, ꝙ in l. con-
2 traria † est pp signum vl'e, omne, quod signum vl'e est collectiuū
& licèt sit singularis numeri, pōt plura comprehēdere, l. vxori, j̄.
eo. ¶ Itē opp. & vr̄ ꝙ referat̄ ad ea ad quę nō pōt referri salua rō
ne recti sermonis. l. nam quod. §. fi. s̄. de penu leg. quod sic ꝓbatur,
3 q̄n præcedūt † duo substantiua, dēt eis dari adiectiuū pluralis nu
meri, l. cum filiofa. s̄. de leg. j. in gl. super vers. relictis. sed in d. l. nam
quod sunt duo substantiua p̄cedentia, quæ referunt̄ ad relatiuum
singularis numeri. Sol. Licèt ad duo substātiua possit dari adiecti
uum pluralis numeri, tn̄ bn̄ stat etiam adiectiuū singularis nu-
a meri, & ita est in d. l. nam quod liquidè. in fi. ¶ Vlterius op.ᵃ ego
video q̄n præcedit masculinum, & fœmininum, potest dari adie
ctiuū masculini generis, & refert̄ ad vtrūque, l. si ita scriptū. s̄. d̄ le.
2. & s̄. de testa. tute. l. si quis ita. & oēs leges, q̄ dn̄t, ꝙ masculinum
ꝯcipit fęmininū. Præterea vna dictio neutraliter posita pōt refer
ri ad oē genus. l. ea tn̄. s̄. de l. 3. Quare ergo hic istud nomē, mulie-
bria, nō pōt referri ac omne genus? Finaliter dicimus sic, † quòd
4 hoc cōtingit pp duo Primo, quia adiectiuū muliebria habet sub
stantiuū sibi per omnia conforme, propter hoc vr̄ testōr voluis-
se, ꝙ referatur ad præsentia. Præterea continet fauorem, vt nō ex
tendatur ad alia: quia fauor debet adhiberi in testīs. l. in testamen
tis. j̄. de re. iur. & si quod istorum deficeret, put arem debere refer
b ri ad omnia, ᵇ vt si dico, lego ornamenta, & mundum; muliebria,
qđ nō pōt fieri salua rōne recti sermonis: est verum a s̄m regulas
grammaticales, sed potest fieri per quandam figuram scilicet
prolepsim numerorum, quam figuram hic Iurisconsultus voluit
ponere: iō cauti notarij dn̄t, talis cedit omnia iura sua, & actio-
nes, quę vel quas, &c. vt tollā istā dubitationem. Simile videbitis
in l. si j̄. ad Trebe. quod tene menti. Præterea hic sunt duæ figuræ
scilicet prolepsis numerorum, & alia figura generum, quia ve-
stem, est generis fęminini, & numeri singularis, muliebria generis
neutri. & numeri pluralis. ¶ Op. de l. talis scriptura. s̄. de l. j. Sol. hic
non poterat referri ad omnia salua rōne recti sermonis. ibi sic.
¶ Item habes hic, quòd illa debēt intelligi sic, vt sit bona grāma
5 tica: quid si non possent ita intelligi, quia notarius in grāmatica
errauit: R̄n. nō vitiat instrumentum. l. imperator. s̄. de statu homi.
nisi sit rescriptum Principis: quia tunc vitiatur propter vitiū cui
dens, sed si esset vitium non euidens, sed secundum quandā subti
litatem non vitiatur, vt in c. audientiam. extra, de rescrip.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Vlterius oppo. Et vide istum tex. alleg. per Bal. in l. Imperator. de statu hom. & l in testamento. de testa. mili. & in l. j. C. de libe. præte. & in c. ad audientiam. de rescr. & vide quæ dixi in d. c. ad audientiam. pro hoc dicto.
b Ale. ¶ Referri ad omnia. Adde quod no. Bar. in l. cū filio. in fi. post gl. & quod ibi dixi, de lega. 1. tex. no. & quod ibi Bar. in l. hæres meus. §. vxori, de leg. 3. & vide de hoc adiectiuo posito post duo substantiua Bar. in l. extat, quod met. cau.
c Ale. ¶ Subtilitatem. Et ideo dicunt doc. ibi, & maxime Imo. ꝙ à contrario illius c. si vitium nō esset manifestum, sed dubitabile, tunc fiet interpretatio. pro rescripto c. inter dilectos. de fide instr. adde quod dixit Bar. in l. ambitiosa. j̄. de decre. ab ordi faci.

LEX X.

1 *Promissor quinquaginta florenorum an debeat soluere secundum valorem promissionis, vel solutionis.*

a Cum certum. ᵃNo. tex ibi, præsentis, &c. Nam posito, ꝙ s̄m consuetudinem, si debeo tibi qua
tuor libras denariorū, possem tibi soluere vnū florenū, & eꝯ po
1 ne, ꝙ ꝓmisi tibi 50. ducatos, iā sunt duo anni, † mō volo tibi da
re s̄m ęstimationem præsentem, creditor vult s̄m æstimationē,
quam valebat florenus tunc tp̄e promissionis. Certè debet debi
tor soluere s̄m ęstimationē, quam valet nūc, vt hic, nisi fuisset in
mora, secūdum formam l. vinum. suprà, si cer. pet. Dixi. s̄. l. j. in fin

ADDITIO.

a Barb. ¶ cum certum. Et tene menti istum tex. per quem dicitur, si teneris mihi ad centum ducatos, & postea ducatorum pretium minuatur, potes dare mihi ducatos, si non fuisti in mora. Vide quod no. in l. vinum. ff. si cer. per. c. quanto. de iureiu. & c. fi. de censi. vide Bart. in l. illud. C. de sacrolan. eccl. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pign actio. per Bart.

LEX XI.

1 *Vxori non intelligitur paratum causa, quod ipsius, & alterius causa paratur.*
Demonstratio falsa legatum generis, & non speciei restringit.
Disiunctiua quando cadit inter genus, & speciem, accipitur pro coniuncta, & nume. 3.
2 *Iuspatronatus licèt sit indiuiduum, tamen quo ad alimenta est diuiduum.*
Libertorum iura veniunt, quando quis legat omnes res suas.

1 Quintus Mutius ait. Nō intelligitur † cā vxoris paratum, quod ipsius, & alterius cā parat̄. Itē falsa demōstratio legatū g̃nis restringit, secus
in legato certæ speciei. Item q̄n disiunctiua cadit inter genus, &
speciē, accipit̄ ꝓ ꝯiuncta. h. d. No. tex. ibi, quia certo corpore, &c.
cōcordat l. demōstratio, de cōd. & demon. Opp. de l. alimenta. §.
fi. s̄. ti. j. & l. si q̄s seruos. s̄. de leg. 3. vbi si aliq̄s legat seruos suos, vr̄
legare cōes: ita hic vr̄ legare ea, quæ vsus cōis cā parata sunt. So-
lu. In legib. ꝯriis verbum, suorū: refertur ad dominium, vel quasi,
quod recipit diuisionem: ideo cedit legato pro parte ea, pro qua
suus est; hic vero refertur ad vsum, qui non recipit diuisionem, l.
vsus pars. s̄. de vsu, & habi. & ideo nō possunt ei accōmodari ista
verba, quæ eius causa parata sunt, quia nō hēt vsum in solidum:
cum tn̄ cum aliis hēat, nec pro parte, q̄a diuisionem recipit. Vel
a dic, ꝙ ista qualitas, suus, sua, suum, ᵃ recipit quotitatem rei, seu do
minij, hic verò secus: nam non potest dici, ꝙ dimidia, vel tertia
sit parata cā vnius, alia cā alterius, sed tota cā vtriusꝗ. Sed si hoc
dici posset, puta habebat lanā, cuius dimidiā parauerat cā vxoris,
dimidiā cā sui, certe illud dimidiū cedit in legato, vt s̄. de lega. 3.
l. cū q̃reret. §. lana. & hoc non placet. ¶ Itē ꝯ hoc opp. quia iura li
bertorū non sunt diuidua, l. quædā. s̄. fam. erci. & l. Carmelia. j̄. de
iure pat. & tn̄ si legat libertos suos, intelligitur etiā de communi
2 bus, vt s̄. ti. j. l. alimēta. §. fi. Sol. licet † iuspatronat⁹ non sit diuiduū,
tn̄ quo ad prestationē alimētorum est diuiduum, vt supra ti. l. 3.
& iō illo respectu legatum alimētorū factū libertis comprehen-
dit cōes libertos: sed si legarē oēs res meas, non veniunt iura li-
bertorū, l. quia perinde. j̄. ad Trebe. cū eo, quod ibi no. Sed cōtra
hanc l. videtur id, quod habetis de leg. 2. l. seruis. §. fin. vbi si alicui
legātur serui vernæ, & alicui cursores, si aliqui sunt vernæ & cur
sores, illi ēt veniunt. Sol. ista accidētia, de quib. loquit̄ hæc lex, re
spiciūt diuersitatem personarū: sed secus si sunt cōmunis quali-
tatis, vel artificiorum, quæ non respiciunt diuersitatem persona
rum. de ista dicet̄ j̄. eo. l. Quintus. §. argento. ¶ Dicitur hic, ꝙ aut
ponitur pro, &, contrà, immo debet stare propriè, q̄n cadit inter
res, l. cū quidā. C. de verb. sign. & l. si is, qui ducenta. §. vtrum. j̄. de
reb. dub. Sol. Quando disiuncta cadit inter genus, & speciem, re-
soluit̄ in coniunctā, vt hic, & l. sæpe. j̄. de verb. sign. dū dicit, dari,
seu donari. Vel aliter, vt dicā in d. §. vtrum. In gl. in verb. nihilomi
nus. ibi, l. j. §. sed & si. & in glo. in verbo, eas det. ibi, l. legatū. Sol. ibi
dubitatur de qualitate legati, hic de substātia, ideo dic, vt d. l. 1. §. j.

ADDITIO.

a ¶ Suum. Adde, quid testator legasse videatur, cum vxori legat ius suum, Bald. consilio 169. 4. lib.

LEX XII.

1 *Relatiuum, quis, vel qui, restringit antecedens, ad quod refertur.*

1 Si quis legauerit. † Relatiuū, q̄s, vel q̄, restringit antecedens, ad quod refert̄. h. d. vide gl. quæ incipit, illud ergo. ibi, l. nam quod. dic, vt ibi, & s̄. tit. j. l. a filio. §. fi. & quod dixi s̄. eo. l. Plautius.

LEX XIII.

1 *Causa intelligitur de causa proxima, & immediata, & etiam de remota, ꝯ mediata, non tamen multum.*

2 *Causa multum remota est magis occasio, quàm causa.*

1 **Vxori.** Causa † intelligit proxima, & immediata, & etiã de remota, & mediata. h.d. Ego intelligo istud verũ de causa mediata non multũ: sed si esset cã multum remota, tunc le
2 gato non cederet. l. & si non sunt. §. si cui. ĩ. e. Causa enim † multũ remota est magis occasio, quàm causa, vt probat tex. in l. cum de lanionis. §. asinam. ibi, proxima copulata, & c. s. de fun. instru.

LEX XV.

Si statuam. Additum formæ primæ legatum non minuit. hoc dicit.

LEX XVI.

1 *Maritus si relinquit vxorem dominam, & vsufructuariam, licèt dicat vsufructuariam, non impeditur dominium habere.*

a **Species auri.** a Qui legat rem, vr̃ legare proprietatẽ, & adiectio vt habeat vsumfructum non facit aliud legatũ videri. h.d. quod no. đ hoc habuistis ĩ l. 4. s. ti. j. Facit
1 ista l. ad qõnẽ, † φ si maritus relinqt vxorẽ suã dominã, & vsufructuariã, p hoc, quod dicit vsufructuariã, nõ impediet dñ iũ habere. de quo dic, vt dixi in l. Titia. §. fi. s. de le. 2. & ibi Dy. tãgit, qđ no.

ADDITIO.

a barb. ¶ Species auri. Et vide dominum meum in l. donationes. §. species. ĩ. de do. & doc. in l. cum hi. §. si vni. s. de transa.

LEX XVII.

1 *Legari potest à patre filio si legatũ confertur in tẽpus existẽtiæ sui hæredis.*
2 *Verbum, reseruentur, importat fideicommissum.*

1 **Filiam.** † A patre pôt legari filio, si legatũ in tps existentiæ sui iuris ɔferẽ. h.d. Opp. Instit. de lega. §. ex ɔ̃rio. Sol. a
a patre a nõ pôt relinqui filio purè, sed si ɔferat in tempus existẽtię sui iuris, pôt relinqui: & φ ɔferat in tẽpus existẽtię sui iuris: debet colligi ex aliquib. verbis testõris, vt hic, & l. vbi purè. ĩ. ad Treb. & l. fideicõmissa. §. si filio. s. de le. 3. Dic, vt ĩ l. cũ filiofa. s. de le. 1. & ibi
2 dixi. † No. hic, φ verbũ, reseruẽt, importat fideicõmissum, vt hic.

ADDITIO.

a barb. ¶ A patre. Et vide tex. in l. vbi purè. ff. ad Trebel.

LEX XVIII.

Si gemma. Quæro, qualr̃ sit ista separatio. Dicit glo. per actionẽ ad exhibendum. l. gẽma. s. ad exhib. Sed contra opp. de l. cætera. s. de leg. 1. Solu. illud, quod hic dicitur, fallit in tigno iniuncto, d. l. cætera, & d. l. gemma.

LEX XIX.

1 *Vxori si sunt relictæ dotes suæ, & postea hæres instituta, & rogata restituere, alij hæredes vxoris non possunt detrahere dotem, nisi probent istam dotem datam esse.*
2 *Falcidia detrahitur de debito legato, nisi probetur debitum per testes, vel instrumenta.*
3 *Falcidia detrahitur de relicto pro vsuris, & male ablatis, nisi probentur debita.*

Qui vxori. Quod alicui legaẽ vt propriũ, si propriũ nõ est, quo ad oĩa iure legati capitur, & ex fidei
1 cõmisso vniuersali restituiẽ. h.d. No. istã l. † Nam sæpè venit, φ testator relinquit vxori dotẽ suã & postea facit eam hr̃dẽ, & rogat eam alij restituere. Modo hæredes vxoris volũt añ deducere do
a tẽ, certè nõ pñt, a nisi pbent dotẽ datã esse per instr̃m: tex. est hic.
2 Item pone, † testõr reliquit alicui tanquã debitũ, & imminet Falcidia. Certe bñ deduceẽ de illo legato, nisi probeẽ debitum p te
3 stes, vel p instrumẽta, vt hic. Et idem dicerẽ, † φ fieret diminutio
b p Falcidiã đ relictis p vsuris, & malè ablatis, b nisi pbenẽ debita, c
c vt hic: & in hoc ista l. ẽ mirabilis. qa hoc vr̃ ɔ̃ volũtatẽ defuncti, ex eo, φ reliquit tanquã debitũ, iõ no. Sed cõtra hoc facit tex. in l. eũ, qui tacitũ. §. pro parte. ĩ. de his, quib. vt indig. dic, vt ibi dicã.

CONCORDIA.

☞ ¶ Debita. Pro ɔcordia aduerte, si est factũ legatũ, seu legata sũt q̃ dã p male ablatis, detrahiẽ falcidia de eis, ita Bar. in l. j. C. de sa. sã. eccl. Cõtrarius alle. in hac l. q vxori. ita alle. p Bar. in trac. gabellarũ, in 5. par. 8. par. prin. q. 13. qui alle. Bal. in authen. sed hodie. C. de epi. & cle. l. nulli. e. ti. & alle. eũdẽ ɔtrariari ĩ l. cũ clericis. eo. ti. Tu dic, Bar. ñ meretur argui de ɔ̃rietate, si bñ ĩspiciatur, vbiq; idẽ determinat, & vbiq; seipsũ saluat, qa qñ ita legaẽ. ñ ita p̃sumitur, vt ĩ secũda opi. sed si pbeẽ postea male ablatũ, tũc đtrahiẽ, vt ĩ j. op.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Non possunt. Facit quod no. bar. in l. si sic. de leg. 1. in fi. prin. & vide omnino bart. in l. Lucius. §. quisquis. de le. 2. & no. bal. in l. rõnes. C. de pb. & Bal. in l. cũ quis. §. codicillis. de leg. 2. vide l. si donatio. C. de do. & limita per l. cum quidam vxori. de leg. 3.

b Ale. ¶ Male ablatis. No. φ si relinqueretur pro male ablatis, quòd de tali legato detrahitur Falcidia, nisi constet de male ablatis. Pau. de Ca. in l. si quis testamento. § j. de le. 1. refert, quòd Fede. de Senis in consi. 244. consuluit, quòd tale relictum ante omnia alia debet deduci, antequam æs alienum propter periculum animæ, sicut dicimus in legatis ad pias causas, iuxta no. per bar. in l. ex asse. infrà, ad l. Falc. Pau. dicit, φ opi. bar. & Fed. potest concordari, quia de tali legato detrahitur Fal. vt de quolibet alio simplici legato, & ita procedit opi. bar. sed quandoque deducetur ante omnia relictum tale legatũ, si hæreditas non sit soluendo, & sic fiet talis deductio insolidum in præiudicium aliorum legatorum. Et ita procedit opi. Fed. secundum eum. Sed hoc vltimum dictum suũ est contra expresse no. per doc. in l. si post missionem. ĩ. ad le. Fal. vbi per illum tex. dicunt, quòd etiam legata ad pias causas debent reduci ad vires patrimonij cum aliis, licèt quo ad Falcidiam detrahuntur, vt æs alienum, & istud videtur verius. & ad Bar. hic adde eum in repet. l. 1. de sac. san. eccl. in 1. q. prin. per bald. in auth. similiter. in princip. ad leg. Fal.

c Claud. Debita. Vide ad hoc Alex. in l. cum hæredes. ĩ. ad Treb.

§. Mulier. Quæro, quæ est rõ huius. §. φ non veniunt in legato, nisi reperiantur. Rñdeõ, φ vr̃ legare certum corpus, quod non est in rerũ nã: l. si seruus. § q quinque. s. de leg. j. debet tamen cauere de dando, si reperiantur, vt gl. dicit.

LEX XX.

1 *Annulus an contineatur auri appellatione.*
2 *Pecunia signata non venit, quando legatur omne aurum siue argentum, vt infra in l. Quintus Mutius.*
3 *Argento legato debetur eiusdem ligæ, cuius in ciuitate originis testõris ẽ vsus.*
4 *Caldaria æraminis si ematur, & ibi sit manica ferrea, debet manica in ponderatione eleuari.*

Cum autem. Auri appellatio factũ ɔtinet, & infectum, quãuis signatam pecuniam nõ ɔprehẽdat. nec deauratã tñ, vel supellectilem: & argẽti pondus quãtitatẽ cõtinet nõ speciẽ, nisi argenti facti mentio habita fuerit in legãdo: & si põdus auri legatur, plũbea mã separatur, & ornamẽtũ seqtur rem ornatã. h. d. Primo loquitur qñ legatur aurũ, vel argentum simplr̃, nõ expressã quantitate ponderis vel materiæ. Secundo, expressã quantitate ponderis: non materiæ. Tertiò, qñ vtrũq; exprimitur. Quartò, qualr̃ põderari dẽt. Quintò cui cedũt res auro, & argento legato annexæ. Secunda ibi pinde si certũ. ɔiuncto §. itẽ Celsus, ĩ. l. px. Tertia ibi, sed si argenti. Quarta ibi, idẽ Celsus. Quĩta ibi, plane, & durat vsq; ad §. itẽ Celsus. in prin. qui §. est in l. seq. In tex. ibi nõ ɔtineri, & c. nec id, quod est alterius accessio, vl' qđ ẽ in supellectili, vt ĩ. l. pxi. §. j. quã huic ɔiũge. ¶ Opp. & vr̃, qđ istud legatum argenti sic simplr̃ factũ nõ valeat. l. cum post. §. gener. s. đ iure dot. Sol. aliud in fundo, aliud in certis reb. vt ibi, & l. legato ge
1 neraliter. s. de leg. j. ¶ Opp. dr̃. ĩ. l. px. §. itẽ Celsus, φ auri, † appellatione continet annulus aureus. Cõtra qa si est signatorius continẽs aliquem lapidẽ signatoriũ nõ venit legato auri, sed legato gẽmæ tanquã accessorius. l. & si non sunt. §. fi. & l. seq. ĩ. e. Aut est annulus nõ signatorius, & tũc ɔtineẽ appl'one ornamenti, & legato auri nõ cedit. l. argumẽto, §. ornamenta. ĩ. e. Sol. Si intelligis hoc ĩ annulo signatorio: dico, φ ibi nõ erat gẽma, sed signa erãt impressa in auro. Si vero nõ erat annulus signatorius ĩtelligo, φ nõ erat paratus cã vsus mulieris, sed ipsius patris familias, & erit magis gẽ
2 ma cã auri, quã aurũ cã gẽmæ. ¶ † Quæro, quid si legat oẽ aurũ vel oẽ argentũ suũ, an veniat pecunia signata? Rñ. nõ. l. Quintus. §. j. ĩ. eod. & sic indefinita, & vl'is hic ęqparãtur, qa est eadẽ rõ om
3 niũ sub indefinita cõprehẽsorũ. ¶ Quæro in ver. pinde. † de qua liga intelligaẽ? Rñdeo fm ɔsuetudinẽ ciuitatis vñ defunctus est ortus. l. nũmis. s. de l. 3. Facit l. Imperatores, s. de ɔhen. emp. ¶ Dicit in ver. sed si argenti, φ fuit legata optio, & tñ nõ pôt optare. Cõtra de opt. le. l. j. & 2. & p totũ. Sol. gl. φ hic optio nihil operaẽ. Quod intelligo, etiam si vasa erãt eiusdẽ ligę, & si optio nihil operabat: sed si essent diuersæ ligæ, tunc posset optare, & operaretur
4 optio. ¶ Venio ad ver. idẽ Celsus. Facit, † φ si aliquis emit caldariam de ęramine, & ibi ẽ manica de ferro, dẽt in põderatione manica eleuari, qa nõ est tãti valoris libra ferri, quãti libra ęraminis.

1 *Testator si legat vxori vestes, non potest hæres eleuare maspillos.*

§. Plane. Vides hic, φ appellatiõe argẽti legati ad põdus nõ venit auratura, & hoc qñ põdus argenti legatur simpliciter, secus si legatur põdus argenti inaurati. itẽ vides ĩ fine legis, φ claui vestimenti nõ cõsuti veniunt. Contra, de l. argumento. in prin. ĩ. eo. Sol. intelligo de clauis paratis cã ornamẽti vestis principaliter, secus si essent parati grã mulieris principaliter. d. l. argumento. Vide glo. quæ incipit facit, ibi. in l. qui fundum. §. j. Dic φ ibi in acquisitione, quæ fit ex emptione, hic in ea, quæ fit per
1 specificationem, & idẽ erit dñs vtriusq;. ¶ Tex. in fi. facit, † φ si testator legat vxori vestimenta, φ hæres nõ pôt separare maspillos
a auri a & ornamenta ibi posita. Et pro hoc facit px. l. & si non sunt. §. perueniamus ĩ. co. sed in contrarium facit l. quãuis, ĩ. e. Sol. ibi. loquitur in maspiliis separatis à vestibus hic, quod not.

ADDITIO

Alex. ¶ Auri. Si vir legauit vestimenta vxori, an veniant maspilli ibi commisti, & monilia argenti, & auri commisti, vide bal. in l. cum te. C. de donatio. ante nup. Faciunt nota. per bal. in l. j. in prin. & nota. bald. in l. in legatis. C. de lega. & imo. in lege quarta, de lega. 1.

LEX XXI.

Et si non sunt.

§. Argento. Argentum factum omnem speciem cõprehendit, licet non quæ supellectilis loco sint, & vasorum appellatio generalis est. h.d. cum §. seq.

§. Infecti Infecti appellatio rudẽ mãm ɔprehẽdit, nõ cœptã fabricari licet nõdũ perfectã. Op. dr̃ hic, φ argẽtũ cœptum fabricari continetur appellatione argenti facti: contra illud dr̃ argentũ factum quo possumus vti, vt ĩ. e. l. Quint⁹. §. cui legatum. iõ Roff. dicit, φ hic iurisconsultus nimis large locutus est, vñ corrigitur per tex. l. seq. Sed ad ɔ̃ria dic, vt ĩ gl. ĩ verb magis facti. Certè gl. non rñdet ad legẽ ɔ̃riam, quia argentũ factũ dr̃ id, quo vti possumus tñ: sed dic, φ erat in vsu fm destinationẽ testatoris, vt ĩ. e. l. vestimentũ. Sed si erat cœptum fabricari, & dimissum, quia testator

testõr vltra nolebat ꝓcedere,non ꝯtineref appellatione argenti, q̃a nõ põt vti nec s̃m veritatem,nec s̃m destinationem. item op. ꝙ destinatio testõris nihil operetur. l.cætera.§.fi.s̃.de le.j.Dic,ꝙ hic loquit̃,q̃n vr̃ legatum est factum,& dubitat̃,an ꝑ destinatio nem aliqua res illo legato cõtineatur,vel nõ:quod dic,vt ibi dixi.

2 *Cum quid est propter aliud,consideratur id,propter quod est.*

2 *Gemma quando cedat auro.*

1 2 §.Perueniamus. Cum † q̃d est ꝑ aliud, ꝯsideratur id, ꝑ q̃d est.h.d.dr̃ hic,ꝙ † gẽma a cedit auro.Cõtra.j̃.de vsucap.l.rerũ mistura,vbi gẽma ñ cedit auro,nec aurũ gẽmæ. R̃ndeo hic loquit̃,q̃n aurũ est appositũ cã gẽmæ, vr̃ gẽma cã auri,sed ibi loq̃t̃ in annulo q fit cã ornãdi mulierẽ,vt j̃.e. l.argumento §.ornamẽta,& sic ñ ponit̃ vnũ cã alterius:sed si esset annulus signatorius,tũc argẽtũ poneret̃ cã gẽmæ.itẽ dr̃ hic,ꝙ ñ inspicitur pretiositas.Cõtra,de l.q c q̃d ĩfecto.j̃.de acq rer.do.Sol. Hic loq̃t̃,q̃n est certum,vtrũ vnũ ponat̃ cã alterius,ibi q̃n ẽ dubiũ.

ADDITIO.

a Ale.¶Quod gemma.Vide Bar.in l.cum proponas.de dolo.

LEX XXIII.

In argento. Appellatione præparati præparatorium continetur,h.d.

§.Vnguentis. Vnguenti appellatio continet necessariam vnctionem,h.d.

1 *Accessorium sequitur genus,non speciem.*

1 §.Sed de. No. †ꝙ accessoriũ seq̃t̃ genus,& nõ spẽm.Probo isto mõ,nã scitis,ꝙ appl'one escæ,cõtinẽtur omnia: appellatione potorij continetur solum potorium.Certè istud vas,quod hic legatur,cedit legato escarij quoniam est g̃na le. & tene mẽti,nam hic intelligitur de vase aquario:quod datur ad abluendum manus,& ad aquam recolligendũ.Sed si esset vas, quo aqua retinetur ad potandũ tũc cederet legato vasis potorij.

LEX XXIIII.

1 *Legatum factum vxori de pannis lini,& lanæ quid comprehendat.*

Vestimentum. Huic q̃õni nesciret r̃ndere,q istius legis non recordaret̃.Intellige istã l.de pãno,q fit cã faciendi vestẽ:sed si fieret cã vẽdẽdi,nõ ad ipsũ vsũ, tũc appl'one vestimẽtorũ nõ ꝯtinet̃.l.si q̃s seruos.s̃.de leg.3.Facit,

1 † ꝙ si testõr legat vxori pãnos lini,& lanæ,ꝙ veniũt pãni lini, &

a lanæ ꝯtexti,& incepti ad hoc,vt idẽ fiãt vestimẽta: q̃d tene menti.

ADDITIO.

a Ale.Lini,& lanæ.De isto legato pannorum lini,& lanæ,vide Bar.latius in l.diuus.de bo. dam.& sequitur Bal.in l.iu leg itis C.de le.& vide Bar.in l.cætera.§.fi.de leg.j.

LEX XXVII.

Argumento sunt. Contra hãc l.vr̃ casus.s̃.e.l.cum aurum.in fi.Dicit gl.hic sunt parata ista talia magis causa ornandi personam,quàm vestem.

§.Si quis addiderit. Op.ꝙ tapeta sint in supellectili, vt s̃.de supel.le.l.de tapetis, & ñ continẽtur appl'one vestis, vt s̃.de sup.leg.l.j & l.Labeo. R̃n.q̃d ista sũt,de q̃b.põt dubitari,an appl'õe vestis supellectilis ꝯtineat̃, vt dr̃ in d.l.Labeo.iõ dic,q̃d ibi testõr appellabat appl'one vestis:ĩ dubio s̃m ꝯsuetudinẽ appl'one supellectilis ꝯtinet̃.l.3.s̃.de sup.le.

LEX XXVIII.

1 *Attendi illud debet,ad quod res principaliter paratur,non secundario.*

2 *Vestes reprobatæ à statuto non veniunt in legato vestium.*

1 Quamuis. †Illud dẽt attẽdi ad q̃d res principaliter parat̃ nõ ad q̃d secũdario.h.d.Op.& vr̃,q̃d ista ornamẽta ñ p̃nt haberi in vestibus, vt C. nulli lice.in fre. & sellis equ. l.j.lib.xj.Sol.intellige istã l.in vestib.mulierũ,quib.licet apponere talia ornamenta:sed in vestib.virilib.puto,q̃d nõ cedãt,q̃a nõ põt esse accessio eius,q̃d lex nõ ꝑmittit,sicut q̃n nã nõ ꝑmittit,vt s̃.e. l.2.& hoc d iure,tamẽ vsus illã ꝯsuetudinẽ nõ admittit,vt eẽ ĩ gl.ĩ c.

a j.& 2.extra de treu.& pace.verũtamẽ hodie cũ ꝑ statuta ciuitatũ mulierib.sunt interdicta ornamẽta nõ cederẽt legato lege vetã

b te.Itẽ,videt̃,ꝙ aliquas vestes,quas mulieres h̃ñt,nõ p̃nt habere, vt scarlata,& purpuræ l.j.C.q̃ res ven.nõ pos.& C.de vesti. olob.&

2 aura pertorum.li.x.Resp.† de iure cõi illæ vestes nõ ꝯtinẽtur appellatione vestis:q̃a sunt reprobatæ, sicut pecunia reprobata nõ ꝯtinet̃ appl'one pecunię,l.eleganter.§.q reprobos.s̃.de pig.act.idẽ ergo erit in vestib.reprobatis.Sed ꝯsuetudo aliud seruat,quia b ñ possunt portari tales vestes,ideo puto,ꝙ si ꝑ statutum prohibent̃ portari aliquę vestes,q̃d ille vestes ñ cederẽt legato vestimẽtorũ repugnãte iure,& no.in l.vestis.s̃.e.sed an debet̃ ęstimatio cogita.

ADDITIONES.

a Alex.¶Cederent.Contrarium tenet Bald.in l.cum te.C.de donat.ante nupt.& in rub.C. de cond.ob turpem.

b Barb.¶Item videtur.Et vide Bal.in l.fi.C.de cond.ob causam.

c Alex.¶Reprobatis. Vestes prohibitæ portari ex forma statuti non cedunt legato vestis, quod hic de æstimatione Bart.non decidit.dic quòd decidi potest per ea , quæ not.in l. multum.de verb.oblig.& per eum in l.apud iulianum.in fi.de leg.j.Bal.in rubr.de cond. ob turp.cau.dicit deberi æstimationem,per l.fideicommissa.§.si seruo. de legat.iij. & ad Bar. hic.vide Bald.in l.j.C.nul.lice.in fræ.& sellis equ.lib.xj.& Bart.in l j. C. de vesti. olo. eod.lib.Quid autem de perlis fictis,vide Bar.in l.j.§.hoc interdictum.de cisterna,de fonte,& eius quod hic tenet Bart.in fi.Bald.in rub.C.de cond.ob turp.cau. tenet contrariũ, & vide plene Bald.in l.cum te.in vlt.colum.C.de donat.ante nup.& not.per Bar. in l.cum aurum.§.j.s̃.eod.& l.fin.in princ.§.j.j̃.eo.& melius bar.in l.librorum.§.j. de lega.3 .& hic

adde bal.in l.legatis.C.de leg.& Rom.in l.multum,in fi.de verb.oblig.

LEX XXIX.

Quintus Mutius.lib.ij.

1 *Pecunia signata non debetur illi,cui debetur omne argentum,& de ratione ad de supra l.cum aurum.*

2 *Pecunia antiqua,quæ hodie non est in vsu,venit in legato argenti.*

3 *Pecunia signata venit in legato argẽti,quãdo testõr aliud argẽtũ non habeat.*

1 §.An cui argentum. †Illi,cui debet̃ omne argentũ,nõ debet̃ pecunia signata. h.d.¶Quero de rõne huius §.& l.cũ aurũ.ĩ prin.s̃.e.iurisc̃õ.dicit hic,nõ facile. n.&c.Sed dic,ꝙ rõ põt esse ista,q̃a pecunia signata semper habet̃,vt expẽdat̃,l.j.s̃.de ꝯtrahen.emptio. ideo quia habet̃ tãquã venalis,& id,quod est venale,legato ẽt vr̃i non cedit, l. pe-

2 diculis.§.itẽ cum quæreretur.j̃. eod.Ex hoc sequitur , ꝙ si aliquis h̃et monetam antiquam,quę hodie nõ est in cursu,ꝙ tunc veniret in legato argẽti,q̃a cessat rõ s̃.dicta,cũ non habeatur vt vena

a lis,l.si chorus.§.j.s̃.de le.3.Ex hoc ẽt seq̃t̃,ꝙ si lego alicui omne

3 argẽtũ meũ,& nõ habeo aliud argentũ,nisi pecuniã signatã,†ꝙ tunc videor de pecunia sentire.Pro quo facit d.§.itẽ cum quæreretur,& hoc vult tex.hic, ibi,nisi euidẽter ꝯ sensisse testõrẽ,&c. Nã ꝑsumit̃ sensisse ꝯ̃riũ,ex eo quod aliud argentum non habeat.

ADDITIO.

a barb.¶Ex hoc.Et vide Bar.in l.generali.§.vxori.s̃.de vsuf.le.vbi dedi remissiones.

1 *Suum dicitur,quod vendicari potest.*

2 *Iura,& actiones veniunt in obligatione omnium bonorum.*

3 *Donans omnes res suas,an videatur donare nomina debitorum.*

Meum,& tuum dicitur,quod vendicari potest.

4 *Nomina possessiua,meum,tuum,& suum,posita neutraliter sine substantiuo, comprehendunt iura,& actiones.*

5 *Nomina ista possessiua quando habent substantiuum generis generalissimi,cõprehendunt iura,& actiones.*

Rei appellatio est generalis.

Bonorum appellatio est generalis.

9 *Nomina possessiua si habent substantiuum alterius generis subalterni,tunc regulariter significant dominium.*

7 *Seruo,vel monacho si legatur pecunia sua,intelligitur legatum dominium improprie.*

8 *Nomina possessiua ratione personæ loquentis non important dominium.*

9 *Item nec ratione rei,de qua loquitur.*

10 *Nomina possessiua si habent substantiuum speciale,& adiiciuntur verbo præsentis temporis,faciunt demonstrationem,si futuri,conditionem.*

11 *Genitiuus an denotet dominium,remissiue.*

a 1 §.Argento. a†Illud dr̃ esse suũ,q̃d põt vẽdicari.h.d.Not. text.ibi, q̃a vr̃ †simile.j̃.e.l.scribit Quintus. Op.ex gl. de l.seruos.s̃.de le.3.vbi serui bona fide possessi veniunt in legato isto.Sol.ꝯcedo istud,q̃a q̃d dicit,ꝙ req̃rit̃,ꝙ possit vẽdicari,itelligo rei vẽdicatione,vel ꝑ Publicianã,q̃a cũ titulo,& bo

2 na fide possidet.¶Quæro,†obligo b tibi oĩa bona mea,vtrũ ĩ ista

b obl'one veniãt iura,& actiones?Gl.in l.h̃rdẽ.C.de hære.actio.s̃m quosdã,dicit,ꝙ nõ.Idẽ in Spe.in ti.de fruc.& inter.§.1.ver.q̃rit̃,an ꝑ p̃dicta.Cõtrariũ est veritas,q̃a cũ dico,oĩa bona,intelligit̃ ẽt de actionib⁹,l.nã q̃d.§.fi.cũ l.seq.j̃.ad Treb.& l.si legatus.§.j.eo.ti.& l.meorũ.j̃.de ver.sig.& hoc firmat gl.in d.l.h̃rdẽ.Nõ ob.ista lex,q̃

3 dicit,ex eo q̃d dico meũ,debeã h̃re i⁹ vẽdicãdi,vt j̃.dicã.¶†Quęro,aliq̃s donauit oẽs res suas,an videat̃ donare nomina debitorũ?Dy.ĩ l.noĩs,& rei.de ver.sig.vr̃ dicere,ꝙ nõ,q̃a dicẽdo res suas,

c ĩtelligit̃ d̃ rebus, quas possit vẽdicare,c vt hic,& l.scribit Quint⁹. j̃.eo.idẽ t3 Gui.de Cun.in l.j.s̃.de sta.ho.ꝑ illã l.& ꝑ istã.Mihi vr̃,ꝙ Dy.& Gui.dicãt ꝯ casũ l.nã q̃d.§.fi.cum l.seq.j̃.ad Treb.Non ob. ista lex.¶Quare ꝓhuius declaratione aduertas,ꝙ illud,q̃d dico

d de dictione,suũ,idẽ dico de dictione,tuũ , & meũ,d ĩ. si legatus.§.

4 j.j̃.ad Treb.& l.meorũ.j̃.de ver.sig.Hoc ꝑmisso dico sic. †Q̃ñq; illa pronomina possessiua ponunt̃ neutral'r sine aliquo substãtiuo,vt ꝯcedo tibi oĩa mea,& nõ dicit bona tua,vel sua:& tũc cõ

* p̃hẽdit iura,& actiones,l.si *legat⁹.& l.nã q̃d.§. fin.& l.seq.j̃.ad

5 Treb.& l.meorũ.j̃.de ver.sig.cũ gl.sua.Q̃ñq;†ista pronomina h̃ñt substãtiuũ g̃nis g̃nalissimi, vt oĩa bona sua,vel oẽs res suas. Scitis.n.ꝙ appl'o rei g̃nalis ẽ,l.rei.j̃.de ver.sig.&l.j.ĩ fi.s̃.si cer.pe.¶Itẽ

e appl'o bonorũ e g̃nalis est,l.bonorũ, & l.prĩceps bona.j̃.d ver.sig. tũc ꝯtinet iura,& actiões,sicut substãtiuũ,ad q̃d refert̃,d.l.nã q̃d.

6 §.fi.&d.l.si legat.§.j.Q̃ñq;†h̃ñt substãtiuũ alteri⁹ g̃nis subalterni, vt argen-

ADDITIONES.

a Ale.¶Argento.Intellige secundum l.pediculis.§.item cũ quæreretur.j̃.e.secundũ Bar.

b Barb.¶Obligo.¶Et vide Bal.in l.1.de statu ho.& in l.1.C.de vsu.Lud.Rom.in l.stipulatio hoc modo.de ver.ob.An in legato omnium bonorum veniãt iura,&actiones,illud probant tex.Bal.Ang.& Imo.ibi in l.si constante.§.fi.so.ma.& adde Ang.& Imo.in l. si legatus.§.j.infrà,ad Treb.glo.& Bal.in l.vxor,la vltima,de vsufru.legato.

c Ale.¶Possit vendicare.Adde Bar.in d.l.j.de statu ho.

d Ale.Tuum,& meum.Et de istis pronominib.meum,tuum,& suum,no.per Bal.in rub. C.de ver.sig.vbi omnino vide,& etiam in l.1.co.ti.per Fed.in consi.279.& vide tex.in l. 4.& in lec.Bar.in l.2.infrà,de manu.

* Claud.De verb.signifi.Pro hoc est gloss.in §.thesauros, Instit.de rer.diuis.quam alleg. Aret.in l.j.infrà,de acquir.posses.

e Perna.¶Bonorum.Vide per hoc quid inferat Panor.consi.88.in 2.vo.& Fel in c.fin.de præscrip.

vt argentum meum, vestes meas, & similia, & tūc rīa est, q̄ ista ꝓ nomina possessiua significāt dn̄ium, vel quasi, vt hac l. & l. scribit
7 Quintus. ꝟ. e. & l. seruos. s̄. de le. 3. Fallit primò † ex nā eius, cū quo quis loquiť: vt si dico, Lego seruo oēm pecuniam suā, qa nō intelligiť tūc de vero dn̄o, sed impropriè, vt hr̄e pōt, l. 4. in prin. ꝟ. de
8 manu. Idē ī monacho, & similib. Idē fallit † rōne ꝑsonæ loquētis, a
a vt puta colonus dicit: meū cāpū, vel regatius dicit equū meum, Nā intelligiť quātū ad curā, & solicitudinē, vt no. in l. 2. in prin. de
9 orig. iur. facit l. si pupilli. §. itē q̄rit. s̄. de neg. gest. Tertio fallit † rōne rei, de qua qs loquiť. vt si legat aliquis omnib. famulis suis, certè nō intelligit, q̄ eos habeat in dn̄io, l. si cum exhibuissent. §. j. ꝟ.
10 de public. Qn̄q; † ista pronomina possessiua hn̄t substantiuum spāle, &, particulare, vt lego talē meū librū: & tūc si adiiciť verbo p̄ntis tp̄is, facit demōstrationem: si vero verbo futuri tp̄is, facit ꝯdōnem, l. Stichū, qui meus erit. s̄. de le. j. & l. nuper. s̄. de le. 3. Esset
11 quærendum, quid † de genitiuo, vt si dico, Lego rē illius, vtrū ītelligať, q̄ sit illius quo ad dn̄ium, dixi ꝟ. de ope. no. nū. super rub. 1

ADDITIO.

a Alex. ¶ Colonus dicit. Ista verba, equus regatij, & fundus coloni, nō important dominiū. adde quæ no. Bar. in rub. de ope. no. nun. aliquid tamen contra vt no. Bar. in l. cum antiquitas. post glo. C. de vsufru.

§. Cui aurum. No. tex. ibi, Seruius, &c. tene menti, quia dat rīam. Op. s̄. ea. l. & si non sunt. §. ī fecti. vbi argētū īceptū fieri hr̄ ꝓ facto. Solue, vt ibi dixi, qa licèt n̄ eēt pfectū ad aliquē vsum, tn̄ testōr d̄stiauerat' pficeř: hic autē erat argentū fractū, aut collisū, vt eo vti n̄ possit, nec paratū ē ad reficiēdū, vn̄ cedit legato non facti, s3 ī fecti argēti. Itē dixit tex. ī seq. §. cui legatū, ibi, s3 si qua distributio. q̄ro, qualr̄ intelligať? dicit gl. duob. mo. tene vltimū. Dr̄ in §. factū. q̄ aurū muliebre cedit legato auri facti. Cōtra, ꝟ. e. l. j. §. fi. So. ītelligim' d̄ auro muliebri, qd̄ n̄ ē cā ornamenti mulieris, vel nō ꝯtinet ī mūdo muliebri: al's ꝯ. ꝟ. ea l. §. fi.

§. Si autem aurum. No. tex. in fin. huius §. & tene menti.

LEX XXX.

1 *Paratum causa alicuius non videtur, quòd causa commodandi habetur.*
2 *Legans libros ad vsum suum paratos, non videtur legare libros causa cōmodādi paratos.*
3 *Testator si grauat hæredem dare libros suos Titio, intelligitur de libris testatoris non hæredis.*
4 *Hæres grauatus si decesserit sine liberis, vt bona sua deueniant ad Semproniū, intelligitur de bonis testatoris.*
5 *Testator si dixit, instituo Titium hæredem, & volo, quod bona sua restituat Caio, intelligitur de bonis hæredis.*

1 Cum in testamento. Nō † vr̄ alicuius cā paratum qd̄ cā commodandi hr̄. h. d.
2 ¶ No. arg. ad qōnē. Aliqs † doctor hēbat libros suos ad vsū suum, & aliquos cā ꝯmodādi scholarib. q̄ si legat libros ad vsū suum paratos, non veniūt libri parati cā ꝯmodādi scholarib. vt hic. Itē est a
3 arg. ad qōnē. Scitis, † q̄ testamēta cōiter scribunť in tertia ꝑsona. q̄ro ergo, qdā aduocatus instituit quēdā aduocatū hr̄dē, & rogauit eū, vt daret Titio suos libros, vtrū intelligať de libris hr̄dis, vl'
4 testōris? Certe ītelligiť de libris testōris, vt hic. Itē si testōr dixit, † si hr̄s suus decesserit sine liberis, q̄ bona sua deueniant ad talē, q̄ intelligitur de bonis testatoris. Pro quo gl. in l. ex facto. in prin. ꝟ. ad a
5 Treb. super ver. sua. † Sed si notarius a scripsisset testamentū per
a verba primæ personæ, dicendo, ego talis testator relinquo, &c. deinde dicet, bona sua, non potest nunc referri ad testatorem. qa repugnaret significatio recti sermonis, l. Plautius. in fi. s̄. cod. a

ADDITIO.

a Ale. ¶ Sed si notarius. Vide Bal. in c. j. de no. for. fide. & in c. j. in fi. qui feu. da. pos. & in l. Imperator. in vltim. col. de sta. ho. & vide Bal. in l. villæ. §. 1. s̄. de fun. instr. Et ista faciunt ad q. Pet. de Peru. in l. pen. §. 1. suprà, sol. mat. maritus dixit, Lego vxori meæ arredum suum, an tale legatum intelligatur de arredis, quę portauit vxor in domum mariti, an vero de ornamentis, quæ vir dedit vxori quando eam duxit. & videtur quod intelligatur de arredo vxoris, quia illud verbum, suum, importat dominium, l. Quintus. §. argento. s̄. eo. contrarium, quod intelligatur de ornamentis, quæ maritus tradidit vxori qd̄ illud verbum, suum, videtur referri ad dn̄ium, quod habuit maritus in argēto. Itē debemus interpretari legatū vt valeat, vt l. si quando. de lega. 1. ergo intelligitur de arredo mariti, quia res vxoris sibi legari non pn̄t, & hoc verum secundū Dy. & Pet. adde quod in terminis consuluit Bal. consi. 169. 3. li. de eo, qui legauit vxori arredū suum. Et ad Bar. hic s̄. dum dicit, q̄ testamenta cōiter scribūtur in tertia persona, Adde Cępo. in tract. de simula, contractuum, & vide Ale. in consi. 83. col. 1. in 2. vol.

LEX XXXI.

1 *Accessorium cedit principali.*
2 *Testis, qui deponit argentum purum, vel librum corruptum, si dicit, quod vidit, probat.*
3 *Negatiua probatur per visum: puta talis res non habet vitium, quia vidi.*

1
2 Si quando. † Accessoriū cedit prīcipali. h. d. No. tex. ibi, vtra aut, &c. in eo, qd̄ dicit, visu. † q̄ sufficiēs testimonium est, vidi illud argētū purū. idē si dico librum corruptū quia vidi, & probatur in l. pediculis. §. Neratius. ꝟ. eo. & l. 1. C. de ca
3 no. fru. vrb. Romæ, li. 11. quod no. vbi tex. probat † de negatiua, vt si dicit, talis res non habet vitium, quia vidi, &c.

LEX XXXII.

1 *De dictione, seu, vel siue.*

Si quis ita. Dictio, seu, est ampliatiua. h. d. ¶ Not. tex. ib hoc. n. verbum, seu, &c. Op. dr̄ hic, q̄ dictio, seu, poniť ampliatiuè. Contra, imo vnū tm̄ debeť, nō vtrunq;, l. plerūque. in fi. s̄. de iur. do. & C. de verb. sign. l. cū qdā, & l. fi. ī c. ī alternatiuis. de reg. iu. li. 6. Sed ista oro est alternatiua, ergo, &c. Huius timore gl. soluit duob. mo. Primò, q̄ hic in dictione, seu, ibi in aliis dictionib. disiūctiuis. Roge. dicit, q̄ hic alternatiua cadit inter genº, & spēm, iō resoluiť ī ꝯiūctā. Ista verba n̄ ꝯgruūt huic legi, quia vrbs, & portus non differūt sicut genus, & spēs, sed sūt spēs separatæ. Cy. dicit, q̄ dictio, seu, vel dictio, vel, nō est disiūctiua simpl'r, iō req̄riť vtrūq;, ꝯria loquunť ī disiūctiuis simplicib. hoc ipse ponit in l. cū qdā. C. de verb. sign. Illud, qd̄ ipse dicit, q̄ idē est ī dictione, seu, qd̄ ē in dictione, vel, est ꝯ casū l. plane. 2. §. pe. s̄. de le. j. & l. pediculis. §. argento. ꝟ. e. & l. cū qdā. in prin. C. de ver. sig. Ad id, qd̄ dicit de dictione, seu, q̄ non est disiunctiua simpl'r, pōt bn̄ dicere. b
Ad cuius declarationē op. † q̄ dictio, seu, sit ēt alternatiua: sicut 1
dictio, aut, l. j. §. sublata. ꝟ. ad Treb. & l. gn̄ali. C. de sac. san. ece. & l. cū qdā. circa mediū. C. de ver. sig. Quare dico sic. Quædā est disiūctiua ꝓpria, & simplex, i. q̄ tā sēsū, q̄ verba disiūgit, vt dictio, aut, & dictio, vel. Quædā est dictio disiūctiua, nō simplex, sed hēt aliquā nām copulatiuæ, vt dictio, seu, & dictio siue, q̄ licèt disiūgat verba, sensū tn̄ ꝯiūgit: vt cū dr̄, Alexander, siue Paris, vt ꝓbat text. cū gl. in l. ad ꝓtegendā. C. de in lit. dā. tut. Et isto mō accipiť dictio, seu. ꝟ. de mune. & hono. l. fi. hæc oīa ibi dū dicit, ciuilia seu publica. Ita pōt intelligi l. j. ꝟ. de his, qb. vt īdi. ibi, legato seu fideicōmisso. qd̄ hodie idē est: ista est disiūctiua, non simplex, q̄ fauore legati accipitur ꝓ cōiuncta, & auget, vt hic. Et ita voluit dicere hic Dy. dū dicit, q̄ idē sit de dictiōe, siue. qn̄ tractať de ampliando legato. est casus in l. cū quis. §. fi. s̄. de leg. 3. in aliis vero dispōnib. dicerē. qd̄ dictio, siue, vel dictio, seu, accipiať disiūctiue, sicut dictio, aut, vt dictis legib. & ꝓbať in dictione, siue, in l. si ita qs stipulatus. de ver. obli. de quo dicam in l. si is, qui ducenta. §. vtrū. ꝟ. de reb. dub.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Est alternatiua. Vide Bar. in l. si quis decedens. §. fi. de leg. 3.
b Ale. ¶ Declarationem. Adde etiam ant. in c. inter cæteras. de rescri. & no. hoc, quod hæc dictio, seu, est augmentatiua. Idem in dictione, cum, l. si cui serui. in prin. de le. 1. & l. per vrbana. la prima. §. fi. de verb. sign. idem in dictione, de, l. 1. in princ. de postu. idem in coniunctione, que, l. ea tamen de le. 3. Idem in copula, &, l. si ita quis. de hæredi. insti. secus in relatiuo, quod non auget, sed restringit, l. cum certus. suprà, de vi. triti. & oleo leg. idem etiam videtur in pūcto habēte vim copulæ, secundum gl. in l. pretia. ad leg. Fal. & de multis dictionib. vide no. per Bar. in l. 1. de condi. indeb. sed dictio, circa, est exceptiua, l. transigere. vbi Bal. C. de transa. per Bar. in l. Celsus, de vsuc. dictio, penitus, est dictio præcisa, l. fi. C. de don. & no. Imo. in l. pe. infrà, de præto. stip. de dictione, per, vide Bal. in rub. C. de exer. in 1. col. & in l. ex arrali. C. de actio. empt. & ibi etiam de dictione, a, ad, pro, propter, & similibus, & de dictione, seu. Bal. in l. cum quidam, hic alleg. & gl. in c. 3. ad fi. de postu. præla. de dictione, siue, vide per Bar. in l. 1. in 6. q. de cōd. & demon. & vide in dictionario in ver. siue, vbi etiam habetur. quandoque stat generaliter. c. 1. & ibi archi. de elec. in 6. quandoque declaratiue, c. 1. in fi. de cogn. spi. & ibi doc. & de dictione, siue. vide tex. quē ibi not. Bar. in l. cum quis decedens. §. fi. de leg. 3. vbi dicit Bar. se non alleg. illum tex. hic.

LEX XXXII.

Qui lancem. a Minor intelligiť media. h. d. Op. gl. q̄ intelligať de minima, per l. si ita sit scriptū. s̄. de le. j. huiº timore gl. intelligit plurib. mod. vltimus intell's ē verº.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Qui lancem. Vide per istum tex. Bal. in l. 1. ver. sed pone. de verb. signi.

LEX XXXIIII.

a Pediculis. a Nota istam legem.

ADDITIO.

a Pediculis. adde Bar. qui alleg. istum tex. in l. diuus. de bo. dam.

§. Auro. In legato auri facto veniūt gēmæ, & oīa: quę testōr auri numero habuit, h. d. Op. & vr̄: qd̄ imò non cedūt gēmæ auro: l. rerū mistura. ꝟ. de vsuca. Sol. dic, qd̄ gēmæ erant causa annulorū: in dubio autem non cedunt gemmæ auro: vt ibi.

1 *Alternatiua posita inter genus, & speciem nō ponitur pro coniuncta, quando genus possit accipi vt species separata.*
2 *Statutum puniens portantem arma offendibilia, an comprehēdat portantem offendibilia, & quæ etiam possunt esse defendibilia.*

§. Argento. Op. & vr̄, q̄ appl'one argenti escarij ꝯtineať argentū, quo qs potat, l. & si non sunt. §. si cui, s̄. eo, Sol. Hoc iō: qa testōr voluit potoriū hr̄e vt spēm separatā ꝑ
1 se, Ex quo no. qd̄ illud: qd̄ dr̄: † qn̄ alternatiua cadit inter genus & spēm, accipiť ꝓ ꝯiūcta, ē verū, nisi illud genº possit assumi vt spēs separata ab alia spē. Nā adoptio est genº, & arrogatio ē spēs: & tn̄ si dico adoptio, vl' arrogatio, accipiť adoptio nō ꝓut est genº, sed
2 ꝓut est spēs. Itē facit ista lex ad qō. † statutū imponit pęnā cuicūque portanti arma offendibilia: mō qdā portauit arma, q̄ offendibilia sūt, & d̄fendibilia eē pn̄t, vt tabulatiū, vtrū dēat puniri? Certe dēt īspici ꝯsuetudo, ad quē vsum tabulatiū portať, arg. huiº §.

§. Quidam. Vide gl. quæ inci. in dubio. ibi, ar. ꝯ, &c. Solu. patet per l. & si non sunt. §. si cui. quia escarium est genus comprehendens etiam potorium, nisi aliud de mente testatoris appareat, vt suprà, proximo §.

1 *Argentum venale venit in legato argenti, quando aliud argētum non habeat.*

§.Item cum quæreretur. Qui legat ornamenta sua, non vr legare ea, q̃ hn̄t cā vēdēdi. h.d.¶ Op. ꝙ cedāt legato oīa ornamēta, q̃ vēdicari pn̄t, l. Quintus Mutius li. §. 2. s. e. Sol. illā intellige ſm istam,
1 qa ē verū, nisi habuerit ipsum venale, vt hic.¶ Quæro,† qd si nul
a lū argentū ad vsum ꝓpriū hēat? Dicit gl. ꝙ tūc cedit legato illud, qđ ē venale. vide gl. q̃ incipit, nā vr̄, ibi, sed qd, &c. quā signa, & tenementi, qa iste tex. & gl. sūt duæ limitationes. §. argēto. Cōtra hāc gl. op. ꝙ nō cedit legato oē aliud argētū, sed tm̄ quātū sufficeret ad vsum eius. l. cū q̃reret. §. lana. s. de le. 3. Solu. ibi loquitur, qñ legauit, q̃ eius cā parata erāt, vñ nō debetur nisi id, quod eius causa est paratū: hic vero fuit simpliciter legatum omne argentum.

ADDITIO.

a Poma.¶ Argentum. Vide in simil. Alex. in l. si fideiussor. in prin. ff. de le. 1. Ro. consi. 30.

§.Neratius. Ex aspectu declarat, q̃ mā alteri nō accedat: & si dubiū ē, ꝯsuetudo testōris īspicitur. h.d.

1 *Enumeratio specierum non restringit genus præcedens.*

a §.Labeo. †Enumeratio specierum nō restringit genus ꝑ
1 cedēs. h.d.¶ Opp. de l. si cui. s. de le. 3. Soluit gl. duobus modis. Primò, ꝙ testōr hoc voluit, quod est diuinare. Secunda sol. est, quia hic ꝑ signū vniuersale omne: quam sol. tenet Dy. extra, de reg. iu. li. 6. in rub. & sic est hic vnus de casibus, in quo indefinita nō equipollet vl'i, ſm ipsum ibi. Sed certe nō fuit appositū signū vl'e in verbo, lana: vniuocè: sed verbum, oīa, positum in verbis testī refert ad lanā quod satis placet. Alij, vt Ro. ponunt aliam solutionem, & secundū ipsam communiter allegatur. h.d.

ADDITIO.

a ¶ Labeo. Hic habes quid venit in legato pannorum lini, & lanæ, & vide quod per istam gl. dixi in l. cum tabernæ. in prin. de pigno. & adde, quod Bal. in rub. C. de ver. signi. arg. l. generali. §. vxori. de vsufr. leg. videtur dicere contra istum tex. & vide quod dixit Bar. in l. Quintus. in prin. supra, eo.

* Claud. Ad confirmationē regulę quam ponit text. vide Felin. in c. fi. de constitut. adde text. in l. qui mutuam. in princ. supra, mand.

§.Titia. Mundo muliebri legato, argentum balneare debetur. hoc dicit.

§.Item cum in aures. Accessorio extincto non extinguitur principale. h.d.

LEX XXXV.

Inter vestem. Veste legata inspicitur consuetudo testatoris. h.d.

LEX XXXVI.

1 *An valeat dictum testis in parte verum, & in parte falsum, & quid de instrumento.*

a Scribit Quintus Mutius. a Qui legat aurum suum, intelligit de eo, qđ pōt vendicare. h.d. De mā legis vidistis in l. Quintus. 2. §. ar
1 gento. s. eo.¶ Dr̄ hic, ꝙ † Quintus Mutius dixit, pro parte verū: ꝑ parte falsum: quod facit ad dictū testis: q ꝑ parte dixit verum, pro parte falsum.¶ Itē facit ꝑ instr̄o, qđ in vno est verū, in alio falsū, de quo in l. si ex falsis. C. de transa. & in Spe. de teste. §. 1. & vide per Inno. in c. fraternitatis. extra: de hære. c. in nostra. extra, de testib. & vide in l. pediculis. §. Labeo. s. eo. in gl. quæ incipit, videbatur, in fin. gl. sol. hic sunt verba posita ex abundanti, ibi non.

ADDITIO.

a ne, vt d. l. sed & in illo. nec fauor matris aliquid operatur, vt hac l. qđ de pariter. sed recurramus ad p̄priā signationē, an dispositio hominis, vel l. circa illud reqrat aliquē superuiuere, vel nō superuiuere, s̄m p̄cedētē distin. Ia. de Are. Nō ob. huic mēbro s̄. e. l. qui duos. in pr. qa in illa non p̄sumit̄ aliqs superuixisse: s₃ s̄m p̄priā significationē q̄libet decessit vltim⁹. Non ob. s̄. eo. l. q duos. §. fi. vbi agit̄ ex testō. & tñ præsumit̄ aliquē superuiuere: qa ibi dispositio testamēti ɔtinebat illud idē, qđ dispositio legis, qđ apparet ex tex. d. §. fi. in pr. cū dicit, cū filio pubere, quē solū testō, &c. Nā instituit illū, q ab intestato erat successurus, & nullū aliū, merito est idem dicēdū, qđ dr̄, q̄ñ agit̄ ex dispōne legis: sed in d. l. sed & in illo. posito, q̄ succederet ab intestato simpl̄r, tñ nō succederet vt necessarius hr̄s, & sic testiū al̄r disponit q̄ ius, vñ illa p̄sumptio hic locū nō h₃. Si verò aliquo agente ex dispositione legis occurrit dubietas de pariter morientib. & tunc lex præsumit aliquem superuiuere cū d. distōne, aut decessit pubes cū impubere, & p̄sumit̄ impubes pri⁹ decessisse, l. si mulier. j̄. e. & d. l. q duos. §. fi. Aut pubes cū pubere, & tūc aut p̄sona p̄roni est in medio, & ille p̄sumitur decessisse, q magis spectat ad fauorē p̄roni, d. l. q duos. §. si cū filio. Aut persona p̄roni nō est in medico, & tūc aut inter simul decedētes est votū trāsmittēdæ hr̄ditatis, vt qa ascēdēs simul cū descēdente decedit, & p̄sumit̄ ascēdēs pri⁹ mortuus, d. l. q duos. §. fi. s̄. e. & l. cū pubere, j̄. e. Aut tale votū nō est, & tūc ille succūbit, cui incūbit onus p̄badi aliquem superuixisse, l. ex facto. s̄. si quis āt. j̄. ad treb. intelligendo put dixi s̄. e. l. qui duos. §. cū in bello. & p̄bat̄ in prin. d. l. sed & in illo. Aut alter ex fratrib. p̄decessit, & nō p̄sumit̄ superuixisse q̄tū ad successionē ab intestato, & tñ succūbit ille, cui incumbit on⁹ p̄bandi aliquē superuixisse. ita loqtur l. q duos. in fi. s̄. e. Et in his legib. fauor matris, vel testamenti nullo mō attēdit̄, vt dixi in d. §. cū in bello. & §. fi. Rō est, qa q̄ñ qs agit ex dispositione hoīs, si nō h₃ effectū, remanet dispositio iuris, s̄m quē res h₃ exitū suū, ideo lex nō curat aliqd p̄sumere. Sed q̄ñ agitur ex dispōne legis, si lex in isto dubio nihil p̄sumeret, casus remaneret indecisus, qđ esse nō debet. Tñ ɔ̄ hanc dist. facit multum l. inter socerum. in pr. s̄. de pac. do. sed respondeo, ibi natura verborum platorum reqrebat filios superuiuere, vnde illud, quod ibi dr̄, quasi priore impubere mortuo, d₃ intelligi sic, vt videamus, q̄ s̄m propriā significationē stipulatio nō cōmittit̄, sed si ad interpretationē veniamus, debemus dicere impuberē pri⁹ defunctū: & sic interpretatio legis cōgruit cū p̄pria significatione vocabuli. Vel dic, q̄ ibi stipulatio ɔtinebat idē, qđ ius cōe. Vltimò in d. l. sed & in illo. prox. seq. dr̄ in ver. sed & circa l. Fal. q̄ si serui simul cū dño decesserint, nō ɔputātur in bonis eius tempore mortis. Cōtra hoc vr̄ significatio vocabuli, qa tp̄e mortis serui erant defuncti, quia simul cū dño decesserint. Rñ. aliud est dicere, tp̄e quo moritur, vel quo decedit, & tūc significat̄ tp̄s vitæ, cū tñ est in actu moriendi, l. fi. de cond. inst. arg. l. qui duos. §. j. j̄. de manu. testa. Aliud est dicere tp̄s mortis, & tūc significat postq̄ mortuus est perfectè. Ita dicit tex. in d. l. sed & in illo. ibi, mortis eius tempore, &c. & est in l. peculium. §. fi. de leg. 2.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Fauor matris. An hæc differentia inter dispositionem hominis, & legis sit vera, vide Im. in d. l. ex facto, §. pe. ad treb. Adde, an pater p̄sumatur pręmori filio. bal. cōs. 438. li. 2.

LEX XX.

1 *Seruus pœnæ restitutus non admittitur ad legatum, secus in seruo hominis.*

Legatum factum cognatis videtur factum his, qui sunt cognati tempore mortis, vel testamenti.

2 *Legatum factum cognatis intelligitur de cognatis testatoris.*

3 *Cognati primo nominati admittuntur ad legatum factum cognatis, & his deficientibus proximiores admittuntur ordine successiuo*

4 *Legatum factum cognatis tertij, intelligitur de his, qui erant tempore testi.*

5 *Legatum factum familiæ, vel cognationi Titij iam defuncti valet, quia videtur relictum omnibus descendentibus ex cognatione Titij.*

a Si cognatis. Qui legat cognatis, vr̄ legare his, q sunt cognati tp̄e testi. vel tp̄e mortis. h. d. Quæro exempla huius l. in prima parte, de eo, qui fuit cognatus tempore testa

ADDITIO.

a Ale. ¶ Si cognatis. Ad materiam huius l. vide quod consuluit Pau. de Cast. in cons. 176. inc. in Christi nomine amen. viso dicto puncto, & dubijs elicitis ex eo. in 4. dub. Pom. ¶ Si cognatis. Vide alc. cons. 26. in fi in 3. vol. Bart. cons. 24. inserto inter consilia alc in 4. vol. vbi dicit idem in eo, qui leg. et liberis, & Ro. cons. 134 & cons. 23.

testamẽti,& postea esse desiit.Rñ.gl.ponit exemplum de eo,qui
desiit per deportationẽ,& eadẽ gl.intelligit,qđ dr̃ in textu,in ci-
uitate maneant.s.tpe mortis,quia sunt restituti.Ad hunc intell'm
op.C.de hær.inst.l.j.gl.dicit,ꝙ ibi non fuit restitutus.Idẽ op.Insti.
de capi.dim.§.ꝗautẽ.So.gl.ꝙhic perdit ciuitatẽ,ibi etiã libertatẽ,
licèt postea fuerit manumissus.Hæc sol.probatur in l.intercidit.j̃.
a de cond.& dem.Contra istã solutionẽ vr̃ casus a in l.ex facto.§.fi.
s̃.de vul.& pup.vbi factus seruus,& postea manumissus admittit̃.
1 Sol.†Qñq; quis efficitur seruus pœnæ,& tunc restitutus ad lega-
tũ,non admittit̃,vt hic.Qñq; efficitur seruus hoĩs,& tunc restitu
tus ad hæreditatẽ,& legatũ admittitur,vt ibi.Rõ est,quia seruus
pœnæ efficĩt oĩno incapax,vt j̃.titu.3.l.si in metallum.sed ille,qui
efficĩt seruus hoĩs,nõ efficitur oĩno incapax:capit.n.licèt non cũ
effectu quia dño,non sibi acquirit,l.si paterfa.s̃.de hær.inst.Cõtra
b hoc op.b s̃.de adi.le.l.si seruus.in fi.vbi per manumissionem effici
tur nouus hõ.Rñ.qñ seruus accipitur vt res legata,eundũ hẽt effe
ctũ reductio in seruitutẽ facta ab hoĩe,q̃ si efficiat̃ seruus pœnæ,
qa vtrunq; legatũ extinguit̃.Sed qñ accipit̃ vt persona legatarij,
tunc secus est:& licèt hæc lec.in se sit vera,tñ quantũ ad hanc l.
non procedit,ꝑ text.hunc,q dicit,facilius,&c.nõ.n.est cõgruum,
ꝙ facilius admittat̃,q vno tpe est cognatus,q̃ qui vtroque.¶ Ve-
c nio ad secundã lec.& legit in gl.duob.mod.vt patet c in ea.Ista lec.
in j.parte legis continet veritatẽ,qa illa demonstratio,fratris Ti-
tij,sufficit,ꝙadsit tpe testĩ:simile in l. Mæla.in prin.de ali.& ci.le.
Sed quantũ ad secundã partẽ legis non vr̃ cõgruere,quia intelli-
git totã legem in cognatis nãlibus,& tex.dicit de adoptiuis.Præ-
terea in cognatione nãli si velles intelligere secundã partẽ,vt nõ
ꝯdiceret,tex.nõ pt̃ stare,nã legare fratri Titij idẽ est,qđ legare cer
tæ personæ,& noĩatæ personæ,l.nemo.de her.inst.& l.& si peper
cerit.in prin.de lib.& post.Sicut ergo si persona legatarij tpe mor
tis decederet,legatũ euanesceret,ita in ꝓposito,nisi dicamus,ꝙ
legatũ fuit fratri Titij,qui nullum fratrẽ habebat tpe testĩ.Tũc.n.
intell'r de eo,qui sibi nasciturus est,argu.l.ei quoq;.s̃.de pec.le.&
tũc cõtineret verũ ista lec. ¶Venio ad tertiã lec.vt intelligamus
totam legem in coghatione ciuili,qa in prima parte erat cogna-
tus,sed desiit esse ꝑ emãcipatione,in scđa incipit esse ꝑ adoptio-
nẽ:& hæc lex hẽt multa ꝯ̃ria,licèt glo.dicat,ꝙ ei nihil obstat.Ad
hanc lec.op.ꝙ non sufficiat quẽ esse capacẽ tpe mortis,si tpe testĩ
nõ est,vt j̃.tit.2.l.j.Soluit gl.ꝙ ibi legatũ erat inutile ex ꝑsona re-
linquentis,vel rei legatæ,hic ex persona legatarij.¶Contra hoc
opp.Insti.de leg.§.an seruo.Sol.glo.ꝙ legatũ erat ibi inutile mista
ꝯsideratione legãtis,& legatarij.hæc lex nihil facit ad mãm regu-
læ Catonianæ,qa hic legatũ ab initio nõ fuit inutile,immo sp vti
le,licèt,q̃dã ꝑsona ab initio non admittat̃,q̃ postea incipit admit-
ti.Ita dicit Oldr.¶ Op.Inst.de hær.quali.& di.§.in ex̃neis.s̃.de hær.
inst.l.ꝗalienum.§.j.So.gl.dic.vt ibi.Veritas est,quia illa cõcordat.
Contra hanc l.facit l.cum ita.§.fi.s̃.de leg.2.Veritas est,ꝙ ibi dr̃,ꝙ
dẽt inspici qui est in familia tpe mortis,subaudi & testĩ,& sic con
cordat cũ ista.Et ita subaudit Dy.& bene.Op.prout hæc lex intel-
ligitur in cognato ciuili,nõ vr̃ procedere,nã cognatus ciuilis nõ
debet intelligi verbis prolatis à testatore,l.si ita qs.in fi.s̃.de le.2.
& l.si fideicomissum.de cond.& dem Soluunt quidã,ꝙ hic debet
intelligi,ꝙ in legato fuit facta mentio de cognato ciuili:aliàs se-
cus,vt dictis legib.Istud est ꝯ̃ hanc l.q̃ dicit simpl'r legatũ esse co-
gnatis relictũ:quare dico sic.Si aliquis efficĩt cognatus postea fa
cto testõris,vt qa ipse aliquẽ arrogat in filiũ,vel nepotem,&tunc
ꝓcedit lex ista.Si vero aliquis efficĩt cognatus tertij cognati,tunc
non admitteret̃,vt lege ꝯ̃ria,ne in ipsius ptãte sit alium facere ad
d mitti ad legatũ:ꝙ not.¶Op.fortissimè,d & vr̃,ꝙ in his verbis in-
definitè prolatis tp̃s testĩ inspiciat̃,non mortis,l.si ita.s̃.de aur.&
arg.leg.hic dr̃,ꝙ inspicĩt tp̃s mortis,ergo,&c.Possumus dicere,ꝙ
ꝯ̃riũ loquĩt in reb.relictis,sed hæc lex loquitur in ꝑsonis,quib.re
linquitur.Hæc sol.non placet,ꝑ ea,q̃ not.in d.l.si ita.& l.placet.de
lib.&post.vbi dr̃,ꝙ ibi est spãle fauore testĩ,ꝙ alius posthumus ad
e mittatur,q̃ ille,q erat pñs tpe testĩ.Quare dico e sic,ꝙ hic fuit reli-
f ctũ vniuersitati:quia cognatis:& sic inspicimus f tp̃s mortis,sicut
in legato vl'i,vt l.grege.s̃.de le.2.& l.peculium.pro hoc hæc lex in
fi.vbi idẽ est relinquere cognatis,& cognationi.Hæc sol.non pla
cet.Nam cognatio non est vniuersitas,q̃ vnã ꝑsonã repræsentat,
prout dicimus in aliis vniuersitatibus,l.mortuo.de fideiusso.& iõ
non potest intelligi eis vt vniuersis relictũ,sed eis vt particulari-
bus.Qđ apparet ex eo,ꝙ incontinenti dicã,qa non oẽs ad legatũ
admittunt̃.Dico ergo,ꝙ r'a posita in l.si ita.fallit hic rõne cõiun-
ctionis,vt sic sufficiat illi tpe testĩ,vel mortis esse cognatũ.Qđ in-
telligo verũ,si testõr hoc sciuit,secus si ignorauit,l.ſi quis ita.§.si
g quis cum ignoraret.de test.tut.¶ Quæro,g hic† dicitur,legauit
2 cognatis,de qb.cognatis intell'r?Rñ.in dubio intelligitur de co-
gnatis testatoris,l.cũ acutissimi.C.de fideicõ.& l.peto.§.fratre.s̃.đ
3 leg.2.Quero,quo†ordine admittunt̃ hi cognati?Rñ.prius noĩa-
ti,& his deficientibus,qui ꝓximiores sunt in gradu,d.l.peto.§.fra
tre.& d.l.cum ita.s̃.de le.2.Et ita intelligit Dyn.dũ dicit,ꝙ hæc lex
4 debet intelligi ſm illãs.¶ Quæro,†quid si sit legatũ cognatis cu-
iusdam tertij?Rñ.puto ꝯ̃rium eius,quod hic dr̃. Primò,quia non
debemus intelligere nisi de cognatis,qui erant tpe testĩ,nisi alij
cognati essent sine facto testõris,per regulã,q̃ est in l si ita.de aur.
& arg.le.cum.n.hic nõ loquat̃ nisi de legato facto cognatis testa-
toris,non debemus trahere ad alias ꝑñas,ꝯ̃ alias leges,per l.qđ ve
5 ro.s̃.de legi.¶Quæro,†qđ si relinquĩt familiæ,vl' cognitioni cu-
h iusdã tertij,q iam erat defunctus tpe testĩ,an valeat legatum?Et vr̃,
ꝙ nõ,qa non põt dici familia Titij qui iam erat defunctus,vt l.2.s̃.
de aur.& ar.le.Contrarium dico,ꝙ valet,& vr̃ relictũ oĩb.descen-
dentib.ex cognitione Titij,l.pronuntiatio.§.familiæ.de verb.sig.
Et ita se hẽt cõis vsus loquendi.Nã idẽ est dicere,relinquo fami-
liæ talis,vel domui talis,l.j.§.j.s̃.ad Syl.& ibi per Iac.de Are.Et hoc
casu forte non admittentur oẽs,qui sunt ꝓximiores illi Titio:sed
omnes æqual'r,quia cessat ratio cõiunctionis personæ defuncti.

ADDITIONES.

a ¶ Videtur casus.Casus no.& vide Bar.in l.3.§.filius,de lib.& post.& in l.intercidit.de cõdi.& dem.vide Bal.in l.lata.C.de app.& in l.j.C.de his,qui ad li.& quod no.per gl.Bar.& doc.in l.Gallus,§.& quid si tantum,de libe.& posthu.

b Barb.¶Contra hoc opp.Et pro his,quæ hic dicuntur,vide Lud.Ro.cons.suo 131.

c Alex.¶ Patet in ea.Vide no.Bal.in l.humanitatis,in ver.vlti.opp.C.de impu.cum seq.& in l.prædia.C.de fideicom.

d Alex.¶ Opp.fortissime.Adde Pet.de Anch.& Imo.in c.indicante,de test.& vide in cons.meo,quod habeo in causa illorum de Hir:na.circa medium.

e Barb.¶Quare dico.Et vide pro isto dicto Pet.& Io.de Imo.in c.indicãte,de testa.vbi Io.videtur contradicere Ang.in l.Titia seruis,ff.de ma.test.vbi per istum tex.dicit,ꝙ vbi testator legauit pedissequis,ꝙ sufficit,ꝙ sint tempore testamenti pedissequæ,& vide quæ dixi,quia Io.de Imo.male ponderauit dictum Bar.hic.

f Alex.¶Inspicimus.Et per hoc declara l.qui filiabus.in prin.de le.j.& ibi dixi post imo.

g Ale.¶Quæro.Et no.quod consuluit Bal in consi.inci.in nomine domini,casus talis est,quidam Titius decessit,&c.ꝙ testator dicit,substituo filio meo proximiores meos,quod isto casu mortuo filio,relicta sorore,& filio ex alia sorore præmortua,post mortem patris testatoris,ꝙ soror sola veniat ad substitutionem excluso filio,& sorore præmortua post mortem patris testatoris,& hoc propter verbum,meos,positum in substitutione,quod refertur ad tempus mortis testatoris,al'eg hanc l.si cognatis,aliàs autem si non esset verbum,meos,æqualiter admitterentur per d.l.cum ita,§.fi.& ibi gl.quæ inci.quandoque,de le.2.& quia illa verba testatoris debent aliter intelligi,l.si cui.ff.de ser.& quis dicatur proximior,vide in l.prox.de verb sig.& in l.j.j̃.vnde cog.Adde,quid si dicat,proximioribus de domo sua,Pet.de Anch.cons.151.

h Alex.¶An valeat legatum?Si testator reliquit familiæ talis,& ille iam erat defunctus,facit l.insula.in fi.& quod ibi no.de acq.rer.domi.& adde Pet.de Anch.& imo.in c.indicante.de testa.

LEX XXI.

1 *Collegio illicito ratione sectæ relinqui non potest,nec singulis de tali collegio.*
2 *Collegio Iudæorum relinqui non potest,licèt non sit reprobatum ratione sectæ.*
Iudæo relinqui potest.
3 *Legatum factum Iudæis de Perusio videtur factum vt singulis,non vt collegio,& valet.*
4 *Collegio frustratorum relinqui potest.*
Collegium,quod fit ad pium actum,dicitur à lege approbatum.
Fraternitas laicorum coram laico conuenitur,sed si sunt laici,& clerici,coram ecclesiastico.
Vniuersitas scholarium coram ecclesiastico conuenitur.
5 *Legatum factum arti mercatorum,vel caligariorum valet,quando talia collegia sunt approbata per Principem,vel ciuitatẽ superiorẽ non recognoscẽtẽ.*

Cum senatus. Collegio licito legari potest,illicito nõ:
singulis tamẽ de tali collegio licitè relin
a quitur.h.d.Opp.a ꝙ si non potest relinqui collegio,nõ potest re-
1 linqui singulari personæ,l.4.C.de heret.So.Hoc†debet intelligi,
quando collegium est reprobatum,non ratione sectæ, sed ideo
quia non approbatum.Si.n.rõne sectæ esset reprobatum,vt colle
gium hæreticorum,tunc singulis de collegio nõ potest relinqui,
b vt l.ꝯ̃ria.¶Quero,quid b si † relinquatur collegio Iudæorũ?Cer
tum est,ꝙ nõ valet,vt l.j.C.de Iudæ.sed dubium est,an sit reproba
tum rõne sectæ.Gl.ꝙ non,in d.l.j.Old.ꝯ̃.sed est tex.ꝙ nõ est repro
batum rõne sectæ,& sic potest legari cuilibet Iudæo,l.spadonem.
§.iam aũt & Iudæi.de excu.tut.¶Sed quæro,† quid si relinquitur
3 Iudæis de Perusio,vtrum videatur vt collegio relinqui,vel vt sin
gulis?Vr̃ ꝙ vt collegio,vt s̃.l.prox.in fi.Dixi in l.ciuib.Contrariũ
puto,quia illa interpretatio,relinquere ciuibus idẽ est,quod re-
linquere ciuitati:est vera,quando ex ea nihil resultat ꝯ̃ legẽ,& ex
eo legatum efficeretur inutile,tunc non debet fieri,vt §.eo.l.quo
4 ties.¶Quæro,†quid c si relinquitur collegio frustratorum,an il-
c lud collegium sit reprobatum?Rñ.Omne collegiũ,qđ fit ad piũ
actum,est approbatũ à lege,l.j.circa prin.& ibi no.s̃.quod cuiusq;
vni.

ADDITIONES.

a Alex.¶Opp.Adde latè no.per Bald.in l.fi.in fi.s̃.de col.illi.& vide Bar.& doc.in l.si quis à filio,§.fi.de le.j.nam omne collegium est reprobatum,si non apparet approbatum, vide quod no.Bal.in c j.§.conuenticula.de pa.iu.fir.& ibi omnino vide per eum.De qua materia habetur pro Bal.in l.fi.C.de col.illi.Adde Abb.cõs.55.vbi habetur,quæ collegia sint approbata.

b Barb.¶ Quero quid.Et an iudæis poterunt dari tutores,vide Bar.in rub.j̃.de iusti.& iu.Et an possit relinqui iudæo,vide gl.in c.iudæi.de iudæ.quæ dicit,ꝙ nõ.tex.in c.sanè.24.q.2.& in c.si quis episcopus,de hære.& tenet Ang.in l.j.C.de iudæ.per illa iura idem tenet Ra.in l.j.C.de sacros.ecc.Sed contra tenet gl.in l.j.C.de iudæ.& Pet.Cy.& Sal.in l.j.C.de sacros.ecc.Bal.& Bar.in l.j.C.de iud.Ego dixi latè in d.c.iudæi.& vide ibi omnino.

c Pom.¶Quæro,quid.Quid si essent fraternitates?vide Feli.in c.ex literis,in j.no.de cõsti.

vni.& vt puto ista fraternitates debent ɔueniri corā iudice secu-
a lari,qń fraternitates seculariū sunt:sed si essent fraternitates se
cularium,& clericorū,tunc deberent conueniri corā iudice ec-
clesiastico.Et idē dico in vniuersitate scholariū,quorum Rector
5 esse non pōt,nisi clericus sit.¶† Quid si relinquit̃ arti mercato-
rū,vel caligariorum?Tunc est aliud.quia talia collegia,exceptis
quibusdā,sunt reprobata,l.j.š.quod cuiusq ue vni.no.vnde eis nō
potest legari.Sed si talia collegia essent approbata per Principem,
vel à superiore,vel à ciuitatibus,quæ superiorem non recogno-
scunt,tunc poterit eis legari,l.hostes.j.de cap.& postli.reuer.

ADDITIO.

a ¶ Sed si essent.Adde tu,ꝙ ex hoc habes,ꝙ si in vniuersitate essent clerici,& laici,ꝙ tunc vniuersitas debet coram ecclesiastico conueniri,& clarius Barto.in l.j.j.de coll.illi.& Bal.in auth.habita.C.ne fi.pro pa.Ant.de Bat.in c.dilecta.post Ian.de exces.prælа.& Pet.Anch.in rep.regulæ,ea quæ.q.16.de reg.iur.& Abb.in c.ex literis,de proba.tamen contra hoc videtur,ꝙ immo ipsa vniuersitas cōueniri possit coram iudice vniuersali loci,& sic coram Potestate loci,ex quo est corpus imaginatum,repræsentatum,de quo non est aliqua lege dispositum,sub quo iudice debeat conueniri,vnde conueniatur coram iudice loci,vbi est.Facit,quia tunc non considerantur singuli de vniuersitate vt vniuersitas,sed vt vnum corpus fictum,argum.eius,quod est vniuersitatis,non est singulorum,l.j.§.j.& l.in tantum.§.vniuersitatis.supra de rer.di.De quo vide etiam per Mar.Soc.in c.j.ver.14.declara,extra,de fo.compe.

LEX XXIII.

1 *Hæreditas matris transmittitur ad suos:& si non sunt sui,transmittitur beneficio restitutionis in integrum,si non fuit adita.*

Cum pubere. Quero,qs habebit hr̄ditatē matris?Et vr̄ ꝙ successores filij,& per ɔńs habeāt hr̄ditatē matris,al's ista lex frustra posita esset.Sed tūc q̄ro,† q̄uo iste filius transmittit hr̄ditatē matris non aditā ad ex̄neos?Dicit Mar.Sili.ꝙ hæc est rō,qa filius fuit impeditus adire hr̄ditatē,ar.l.si quis in graui.§.elegāter.ad Syl.& Cy.refert ī l.apud hostes.C.de suis,& leg.Ego intelligo hoc verū,ꝙ ad hæredes filij transmittitur matris hæreditas,si sunt heredes sui,per l.vni.C.de his,qui ante aper.tab.aliàs non transmitteretur,nisi per beneficiū restitutionis in integrū,vt dixi in l.qui duos.in prin.š.eo.per l.Pātonius.š.de acq.her.Non ob.l.si qs in graui.§.elegāter:qa ibi fuit impeditus impedimento iuris,hic impedimento facti.Dixi in l.vētre.de acq.her.

LEX XXV.

Cum in testamento. De hoc dic,vt no.p Dy.in c.inspicimus.de re.iur.lib.6.

LEX XXVI.

1 *Testatoris dispositio disponentis satisfieri debere omnibus descriptis in schedula,quam dedit guardiano fratrum minorum,valet,si apparet,quòd sit illa schedula.*

2 *Si testator leget Titio mille,quæ debet illi,quē declarauit sibi,& hæredi,si legatarius,& hæres discordant,inspicitur quod est verisimilius ratione affectionis testatoris,vt legatum valeat.*

3 *Si testator dixit,lego Titio centum,& volo,quòd dentur ei,quem sibi dixi,tale legatum non videtur in dubio in fraudem factum.*

1 Quæ hæredi. Hanc l.allego ad qōnē†de eo,q reliquit,vt oib.illis satisfiat,q sunt scripti in sche-
a dula,quam dedit guardiano fratrū minorū,an valeat?lac.determinat,ꝙ nō.Ego determino ɔ̃riū,si apparet,ꝙ illa schedula sit illa,quā testōr guardiano dimiserit ex cōparatione literarum,vel
2 alio modo,vt dixi in l.si ita scripsero.de cōdi.& dem.¶†Item no.hanc l.nam vidi testm̄,in quo testator sic dixit:lego Titio mille,quæ det illi psonæ,quā declaraui sibi,& hæredi meo:decedit testator,contētio est inter hæredē & legatariū,quia hr̄s dicit de vno,legatarius dicit de alio:quid iuris?Dico,ꝙ dēt inspici,qd̄ est verisimilius rōne affectionis testōris,al's fideicōmissum esset inutile rōne incertitudinis,l.fuerit.in prin.š.eo.iō remanet penès lega-
3 tariū.¶Vlti.no.†ꝙ si relinquo tibi cētū,& dico,volo,ꝙ dētur ei,quē dixi tibi,ꝙ in dubio nō vr̄ factū illud relictū in fraudē,vt hic,& no.in l.Lucius.§.fi.š.de le.i.& l.nō intell'r.circa prin.de iur.fisci.

ADDITIO.

a ¶ In schedula De schedula relicta apud fratres S.Francisci,& vide ad hoc dictū,quod habes in l.ait prætor.§.si iudex de re iud.

LEX XXVII.

Cum quæritur. Istā l.declara p Dy.in c.ɔ̃ eū.de reg.iur.li.6.& dic,vt no.in l.veterib.š.de pact.

LEX XXVIII.

Si quis de pluribus. Incertitudo personarum, & rei relictæ vitiat legatum.h.d. Hoc declara per Dy.in c.in obscuris.de re.iur.li.6.& per ea,quæ dixi in l.quidam relegatus.š.eo.

LEX XXIX.

1 *Inquisitio formata contra Titium potestatem Perusij,procedit,licèt vocetur Sempronius.*

a Qui habebat. An ppriū nomē,vel demōstratiuū īspicere deamus,ex qualitate notitiæ dispo-
1 nētis inspicitur.h.d.Dixi†p hāc l.q si dux ducatus facit inquisitionem ɔ̃ Titiū ptātē Assisij,cū in veritate vocet̃ Sēpronius,ꝙ magis inspicimus hāc dignitatē,q̄ nomē ppriū,qa nomē ppriū non hr̄ mēti,vt hic,& sic magis accipit̃ demōstrō,q̄ nomē propriū.Dixi in l.demonstratio.de ɔd.& dem.Scd̄ò no.ꝙ hic est vnus de casib.in quo doctrina,quæ sumit̃ ex l.si cōis seruus ita.de stip.ser.non hēt locum,vt hic,pp notitiā testatoris,& dixi in d.l.si cōis seruus.

ADDITIO.

a Barb.¶ Qui habebat.Et vide Bar.in l.demonstratio,in prin.de cond.& de.Et vide quod no.in c.significante,de rescr.

Alex.¶ Et istum tex.no.alle.Bar.in l.4.in fi.de leg.j.

LEX XXX.

1 *Clausula in fine posita,quando referatur ad omnia præcedentia.*

1 Plures. †Clausula in fine posita nō refert̃ solum ad oīa proxima,sed ad oīa præcedentia ɔtinuata scriptura prolata.h.d.Quæro,q̄ est rō huius l.quod cl'a.in fi.posita ad oīa præcedētia refertur?Rń.primò pp dictionem repetitiuā,hoc amplius,
a l.Aurelius.§.testator.š.de li.le.Secunda rō est,quia cl'a vltimo posita fuit per se principaliter posita,vñ ad omnia præcedēria refertur,l.3.§.filius.š.de libe.& posth.& l.talis scriptura.š.de le.j.& l.j.ɗ lib.præt.Si.n.illa clausula non esset per se principaliter posita,sed ad aliam dispositionem qualificandam:vt puta si cōditio,vel modus inseritur legato vltimo loco apposito,tunc ad aliud nō refer
b tur,nisi ad illud vltimū,l.filium fam.& ibi no.[b] qń di.le.ced.¶Quero,quare dixit Iurisconsultus,coniuncta scriptura?Dicit gl.secus si ex interuallo,l.lecta.§.dicebā.š.si cer.pet.Vide gl.quæ incip.nūc re coniungit,ibi,& facit vim.& dic,hoc non est verū,quia nō est interuallum in eodem testō non diuertendo ad alios actus.Nam testm̄ debet fieri vno contextu,l.hæredes.in fi.š.de testa.Sed veritas est,vt intelligamus coniuncta scriptura.i.cōtinuato sermone,secus si in medio plura dixisset,quia tunc ad omnia præcedentia non refertur,vt no.gl.in sim.Inst.de re.di.§.item lapilli.An autem clausula in præcedentibus legibus apposita intelligatur repetita in sequentibus,dixi in l.prætor.§.eritque differentia.vi bo.rapt.

ADDITIONES.

a Barb.¶ Secunda ratio.Et vide d.l.talis scriptura,§.secundo requiris,de ap.tamen si conditio,vel modus inseritur non refertur nisi ad proximum.

b Alex.¶ Et ibi no.Intellige saluo eo,quod habetur in l.mulieri,& Titio,& quod ibi Bar.de cond,& dem,& hic adde Bal,in l.j.in fi.C.de le.hæ.

De iis,quæ pœnæ causa relinquuntur. Tit. vj.

LEX PRIMA.

1 *Relictum nomine pœnæ etiam de iure digestorum valet.*

2 *Dispositiones reprobatæ quæ dicantur.*

3 *Statutum,quòd consanguinei clericorum teneantur pro eis,si aliquid non faciūt non valet.*

Filiofamilias. Si præcedit dispositio illicita,& probrosa,relictum nomine penæ
1 à quocunque non valet.h.d.Op.† ꝙ relictum nomine pœnæ à quocunque valet,vt C.eo.l.j.& Insti.de lega.§.fi.So.gl.hic,& l.mulcta.de cond.& de.& l.si is,qui hæres.š.de vul.& pup.ꝙ istæ leges hodie sunt correctæ.Dyn.in d.l.mulcta.hoc reprehēdit,quia etiā de iure antiquo poterat relinqui nomine pœnæ,l.j.§.item si ita.ad l.Fal.& l.si penum.qń di.leg.ce.& š.de pe.le.l.j.Non ob.hæc lex,quæ loquitur,quando præcedit aliqua temera
2 ria,vel illicita dispositio,quod tenet Cyn.C.eo.l.j.Quæro,†Quę sunt istæ dispositiones probrosæ.Resp.quando in dispositione venit aliquid,quod sit reprobatū moribus,iure ciuili,vel prætorio,l.j.& l.filius.de cond.inst.Item puto,ꝙ si dicitur in testamento lego filiæ meæ centum,& volo,ꝙ non possit se maritare sine cōsensu talis,aliàs cadat à dicto legato:certe istud non valet,l.cū tale.§.si arbitratu.j.de cond.& demō.Idem puto,quando aliquid relinquitur filio infra legitimā,& adiicitur,ꝙ si plus petat,cadat à dicto legato:certe ista adiectio non valeret,quia grauamen nō
a potest poni in legitima,l.quoniam.C.de inof.testa.¶Vltimò no.[a]
3 hanc l.contra statuta†ciuitatum,quæ dicunt,ꝙ clerici aliquid faciant,& si non faciunt,eorum consanguinei teneantur ad tantā
b pœnam.certe ista adiectio pœnæ non valet,[b] vt hic,& de isto grauamine,quod imponitur consanguineis,dixi in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.de oper.no.nunc.in 9.q.

ADDITIONES.

a Barb.¶ Vltimo no.Et vide Bal.in l.fi.C.eo.ad fi.& vide gl.sing.secundum Ang.in l.2.š.ne quis eum.& vide gl.fi.in c.sciant cuncti.extra,de elec.ꝙ percutiens consanguineum clerici incidit in canonem latæ sententiæ,si quis suadente,& vide Ang.in §.quia verò Leonis,in Auth.de non ali.

b Alex.¶Non valet.immo fortius dico,ꝙ tale statutum nō valet,quia videtur factum in odium clericorum,c.Petrus Diaconus,& c.significasti.de homi.l.hæres meus,§.fin.de cond.& dem.& hanc partem tenet Imo.& idem tenet Bal.& Ang.per illam l.in l.j.š.de in ius voc.vt eant.Bal.in l.j.C.de ind.vidui.& Lap.all.3.& gl.no.in cle.2.de sent,excom.in ver.quomodolibet.& fin.no.Bal.in l.raptores,de epi.& cle.& in l.j.C.vnde vi.concordat Bal.in l.vt vim.ff.de iust.& iu.Et pro hac parte est casus no.in c.sciant cūcti.de elec.in 6.alleg.per Ang.in d.l.vt vim.Et per hoc dico,ꝙ statutum dictans,ꝙ coloni clericorū teneantur ad collectas,& hoc in odium clericorum,tale statutum est contra libertatē ecclesiæ;& ita sing.tenet Bar.in l.hi penès,C.de agric.& censi.lib.11.& sentit in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori,de oper.no.nun.& Bal.in l.j.C.de epis.& cler.

LEX II.

1 *Legatum factum filiæ de mille si nuberet,& si monasterium ingrediatur,q habeat ducenta,valet:sed causa reiicitur,& habebit mille.*

2 *Cautela vt legari possit minor summa filiæ monasterium ingredienti, quàm ei, quæ nupserit.*
3 *Vsuras non põt indicere testator in testamento hæredi, si non soluit legatum.*
4 *Pœna adiecta dationi quãtitatis, vltra legitimũ modũ vsurarum non valet.*

a 1 Pœnam. Exempla huius legis dic, vt ĩ gl. † Quæro, pater reliquit filiæ suæ, si nupserit, mille, & si ingressa fuit monasterium, habeat ducenta tñ, non vltra: an istud videatur de illa quantitate maiori noĩe pœnæ, an sit causa? Et videtur, ꝙ sit cã, quia ex causa videtur dixisse, quia si monasterium ingrederetur, poterit ingredi cum minori pecunia, q̃ si nuberet: sed certe siue sit causa, siue pœna, legatum valet: sed ista pœna, siue
b cã reiicitur,[b] vt in Auth. de san. episc. §. sed & hoc præsenti. Ratio est, quia talis cã impediret vitam contemplatiuã, nam timore ducta, ne perderet illud legatũ, citius nuberet, q̃ monasteriũ ingre-
c deretur,[c] † qđ lex respuit. Quis ergo erit modꝰ, vt testator possit
2 grauare? Rñ. ꝙ debet dicere sic, relinquo filiæ meæ centũ, & ei, q cã duxerit in vxorẽ, relinquo quinquaginta: hoc mõ, valet istud relictũ, & monasteriũ non posset capere, qa non est relictũ vxori, sed ei qui ducet eã in vxorẽ. hoc probat in l. Titio. §. j. de cond. & demõ. Consulo tñ, ꝙ addat vnum .s. id, qđ marito relinquitur, debeat esse in augmentũ dotis ipsius filiæ, aliàs ipse sibi haberet.
3 ¶ Quæro, † an testator possit indicere vsuras in testõ, vt si hæres meus nõ soluit intra mensem, volo, qđ soluat tñ noĩe vsurarũ? Rñ. non: sicut. n. de iure ciuili vsuræ sunt prohibitæ vltra certam quantitatẽ, ita hodie de iure canonico sunt prohibitę in totum:
4 pro hoc est tex. in l. 3. §. fi. de ann. lega. Ex hoc † cõcludo aliud, qñ pœna adiicitur dationi quantitatis, vltra legitimũ modum vsurarũ de iure ciuili non valet, l. Iulianus. §. idẽ Papinianus. de act. emp. & l. cum allegas. de vsufr. coniuncta l. 5. in fin. de annu. lega.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Pœnam. Et de hoc vide Bal. in l. j. C. eo. Et vide tu in simili eundem Bar. in consi. j. incip. Parmensis. col. j. circa fi.

b Alex. ¶ Causa reiicitur. Bal. tenuit contra in auth. nisi rogati. ad Treb. & Sal. idem ibi: vide ad hanc q. no. consilia, quæ habes in li. magno consiliorum, & bal. in l. Deo nobis. de episc. & cler. limita multum no. hunc tex. procedere, quando dictum fuit, si non ingrederetur monasterium simpliciter, sed secus si dicatur, si non ingrediatur monasterium fratrum minorum, vel simile. cum alia essent adhuc monasteria. secundum bal. & Imo. no. per illum tex. in l. hoc modo. infrà, de condit. & demon.

c alex. ¶ Monasterium ingrederetur. Vide bal. in l. j C. eo. & in l. cum allegas. C. de vsu. ad materiam huius l. pœnam. adde, quòd Pau. de Cast. in auth. nisi rogati. C. ad Tre. dicit consuluisse vnà cum multis aliis. & postea dicta quæstio fuit disputata Bononiæ, si testator reliquerit filiæ suę mille, si matrimonium contraxerit, si vero ingrediatur monasterium, reliquit sibi ducenta, & non vltra: ipsa vero religionem ingressa est, quod petet mille, ac si matrimonium contraxisset, per istam l. & certe si non reliquisset specialiter ducenta, si monasterium intrauerit, sed solum mille, bene posset petere mille, per istã, quia tunc non constaret de expressa intentione testatoris in contrarium, vnde l. interpretatur eam fuisse talem, si nupserit. s. in seculo, vel religionem ingrediendo, quia dicitur matrimonium spirituale, sed hic apparet de contraria intentione, quia inquantum reliquit mille, si nupserit, sensit duntaxat de matrimonio carnali, non de spirituali, postquam in casu, quo religionem ingrediatur, specialiter prouidit de ducentis, quia generalis dispositio non refertur ad specificata, vt in l. doli clausula. de ver. obl. vnde non debet habere nisi ducenta, Ita determinat bal. post Iac. de bel. in l. Deo nobis. de episc. & cle. & in d. auth. nisi rogati. licèt ex verbis bar. hic colligatur contrarium, dum dixit, ꝙ ratio est, ne alias impediatur vita contemplatiua. Sed ista veritas, & conformis intentioni testantis. Item alle. bal. in contrarium in l. fin. C. de pact. & cum Barto. transit Mat. Mathe. in suis flo. in sing. 53. Tu adde, quòd opi. bar. fuit secutus Io. And. in addi. Spe. in rub. de sta. monach. in ver. fuit quæstio disputata. & cum sequitur Ant. de But. in c. in præsentia. de proba. & habetur per Ro. in l. stipulatio hoc modo. de verb. obl. qui tenet opi. bar. per Alb. in 2. par. statu. q. 104. cum seq. & ita fuit iudicatum bono. & consuluit Io. de Ana. pro ista parte, & etiam alij doc. pro quibus facit l. Titiæ si non nupserit. de condi. & dem. ad quam non bene respondet bald. in l. j. C. de his: quæ pœ. nom. per Imol. in l. Lucius. de hær. insti. & vide omnino quæ dixi post Imo. in l. quoties sub conditione. de cõdit. & demon.

De regula Catoniana. Tit. vij.

LEX PRIMA.

1 *Regula Catoniana propter quid fuit inducta.*
2 *Regula Catoniana est regula iuris intransitiuè, non transitiuè.*
3 *Regula Catoniana a Catone fuit inducta.*
4 *Regula Catoniana habet locum in legatis conditionalib. conditione tacita.*
5 *Item quando habeat locum in legatis, vel relictis in diem certum.*
Quæ sint illa legata, quorum dies cedit ab adita hæreditate, remissiue.
6 *Regula Catoniana habet locum, quando certum est, quòd dies mortis, & aditionis sit vnus, & idem.*
7 *Regula Catoniana an habeat locum in legatis, quorum dies cederet à tempore mortis, nu. 8.*
8 *Item an habeat locum, quando legatum est inutile ratione personæ legantis. Regula Catoniana an habeat locum in vsurario legante.*
9 *Legatum si deficit ratione rei legatæ, an in eo habeat locum regula Catoniana.*
10 *Regula Catoniana habet locum, quando legatum deficit mista consideratione rei, & personæ legatarij, quando testator contra impedimentum potuit prouidere.*
11 *Item an habeat locum, quando legatum deficit mista consideratione legantis, & legatarij.*
12 *Legatum à principio inualidum non confirmatur, nisi defectus purgetur per vltimam voluntatem testatoris.*
13 *Legatum quando deficit mista consideratione legatarij, & eius, à quo relinquitur, regula Catoniana habet locum.*
14 *Legatum quando deficit ex persona legatarij: nõ hẽt locum regula Catoniana.*
15 *An habeat locum in hæreditate, remissiue.*
16 *An habeat locum in donatione causa mortis, remissiue.*
17 *Regula Catoniana quare in legatis conditionalibus non habeat locum. Statutum, quod si quis non soluerit pensionem intra mensem &c. intelligitur, quando facta est locatio, vt intra mensem soluat.*
18 *Regula Catoniana habet locũ, quando testamentũ deficit rõne solennitatis.*
19 *Ratio, quare quando legatum deficit mista consideratione testantis, & legatarij, inspicitur id, quod nocet, & non id, quod prodest.*

a Catoniana.[a] Legata pura, quæ testĩ tpe non valerent, si testator tunc decederet, ñ confirmantur impedimento cessante: secus in legatis conditionalibus, vel in diem incertam. h. d. Primo ponit regulam Catonianã: secundò eam declarat. Secunda ibi, quæ diffinitio. In tex. ibi, non valere. dic etiam si causa impedimenti inueniatur amota. Dy. dicit hic, quod regula Catoniana diffinit. & infrà, dr̃, q̃ diffinitio, &c. Contrà, immo non est diffinitio, quia diffinitio debet ponere substantiam alicuius rei. l. oĩs diffinitio, de reg. iur. Sol. Dy. hic ponitur diffinitio impropriè. Br̃ dic, quod non est diffinitio, vt l. ꝯria. Opp. ꝙ ista regula sit superflua, per l.
1 qđ in initio. ĩ. de reg. iur. Sol. Leges † ꝯriæ loquunt̃ in his, q̃ statim debẽt valere, & nullã suspensionẽ hñt, vt ꝯctus, & alij actus inter viuos: sed legata hñt aliquã suspensionẽ, ꝯfirmantur. n. morte, l. 3. in fi. de adi. leg. l. j. C. de sac. san. eccl. iõ videbat̃, ꝙ deberet inspici tp̃s mortis, & non testĩ, & pp hoc fuit inducta regula Catoniana. Opp. hic dr̃ in vers. itẽ si tibi. ꝙ si ẽ fundus legatus tibi dño, si postea alienas, valet legatũ. Cõtra, Insti. de legat. §. si rẽ suã. Huiꝰ timore hæc lex legit̃ duob. modis, Vno modo ẜm Roge. vt illa verba, si alienaueris, legant̃ cũ sequentibus, & sunt verba legis. ad ꝯriũ rñdet, ꝙ ibi alienauerat mortuo testõre, hic eo viuo. Sed sol. vr̃ ꝯ l. cætera. §. j. s̃. de lega. j. quare Io. legit alio modo, ꝙ illa verba, si cũ viuo testõre, &c. legant̃ cũ p̃cedentibus, & sic sint verba testatoris, nõ legis. ¶ Venio ad proxi. l. sed & si sic. opp. ꝙ si post mortẽ nubit, habeat legatũ, l. si ita legatũ esset. de cõdi. & dem. Sol. Intellige, qđ testõr dixit hic, si nupta erit. s. me viuo. Ex oĩb. his hẽs exposita verba regulæ, q̃ dñt, ꝙ si testĩ facti tpe testõr decessisset, inutile fieret legatũ, quia intelligunt̃ de his, q̃ sic relinquunt̃, vt tunc inutilia essent, si testõr decessisset: alias secus, vt in legatis cõ
2 ditionalibꝰ, & in diẽ incertũ. ¶ † His p̃missis venio ad q̃ones. Primo quæro, an regula Catoniana sit regula iuris? Dicit Dy. de re. iu. lib. 6. super rub. ꝙ sic, qa ius de nouo inducit. Nã ante istã l. non erat inductũ. Non ob. l. j. de re. iu. q̃ dicit, ꝙ regula nõ facit ius: qa verũ est. qñ regula fit super eo, qđ est iã constitutũ: aliàs secus, vt hic. Io. And. tenet ꝯriũ ibidẽ, ꝙ regula Catoniana non sit reg. iur. per illã rõnẽ, quia facit ius de nouo. Contra Io. And. est tex. exp̃ssus in l. cũ legato seruo. ĩ. qñ di. leg. ce. quia appellat regulã Catonianã, regulam iuris. Possumus dicere, ꝙ quilibet bene dixit. Si. n. appellas regulã iuris transitiuè, hoc est regulã factã de eo, qđ est ius, tunc verũ dicit Io. And. Alio mõ p̃t intelligi regula iuris intransitiuè, hoc est regula q̃ est ius, & tunc verũ dicit Dyn. Et hoc modo dẽt intelligi. l. cũ legato seruo. Simile de genitiuo, qui ponitur transitiuè, & intransitiuè, l. j. C. de cõdi. ob cau. & l. j. C. de ꝯdi.
3 indebi. ¶ † Quæro, à quo fuit inducta hæc regula, Rñ. à Catone, sicut Publiciana à Publicio, & Falcidia à Falcidio, l. j. ĩfrà, ad le. Fal.
4 ¶ † Quæro: in q̃b. legatis habeat locũ hæc regula: Gl. magna tota facta est sup̃ hoc. Ideo q̃ro primò, an habeat locũ in legatis cõditionalibus? Et vr̃, ꝙ non, vt hic. In ꝯriũ vr̃s. de op. le. l. si optio. 2. rñ. Sol. Aut ꝯdõ est expressa, & non hẽt locũ regula, vt hic: aut tacita, & tũc hẽt locũ lex ꝯria. Rõ est: qa ꝯdõ tacita non suspendit legati cessionẽ: l. ꝯdõne extrinsecus. de cõdi. & dem. sed si poneres, ꝙ esset talis ꝯdi io tacita: q̃ legati cessionẽ impediret: vt probat̃ in l. si legatũ purè. s̃. de adi. leg. esset idẽ: ꝙ in expressa cõdõne: per candẽ rõnẽ. Contra hoc obstat fortiter l. pe. ĩ. eo. sed ibi dicã, & ꝙ
b ibi dixi de cõdõne, idẽ dico de die incerta: qđ idẽ est,[b] l. dies incertus,

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Catoniana. Vide quæ no. Bal. Ang. & Imo. in l. filiusfamilias. suprà, de test. & dicit Bal. in l. j. C. de sac. san. eccl. in repe. quod ista regula non habet locum in iure Canonico, videlicet in filiofa. qui fecit testamentum ad pias causas sine consensu patris, an patre præmoriente cõualidetur? Et de materia habetur per Bal. & doc. in l. seruis. C. de leg. & l. eam, quam. C. de fideicom.

b Alex. ¶ Quod idem est. Tenet hic Bart. quod regula Catoniana habet locũ in relictis sub conditione: si conditio illa est tacita: non expressa. & idem tenet gl. & Bar. in l. si optio. suprà, de optio. leg. & in l. si domino Stichus, post Dy. de leg. j. licèt gl. ibi sentiat contrarium. Sed quod non habeat locum, videtur expresse gl. in l. cum filiofamilias. in ver. ex persona ipsorum. in fin. de leg. j. & ita etiam ibi videtur tenere Bar. & Imo. & idem videtur tenere Imo. in d. l. si domino Stichus. per illum tex. sed quod conditio tacita suspendens legatum quo ad transmissionem faciat cessare regulam Catonianam, probatur in l. qui filiabus. §. fi. cum l. seq. de leg. j. sed vbi vni ex hæredibus legatum est factũ, quo casu legatum a principio quantum est pro ea parte: pro qua legatarius est hæres: non tenet, in l. legatum. §. j. de leg. j. tamen si repudiet hæreditatem: legatum non confirmatur non obstante regula Catoniana. Ratio est, quia tale legatum intelligitur factum sub tacita conditione si legatum repudiauit, quæ tacita conditio impedit transmissionẽ: vt probatur in l. miles. §. j. de leg. 2. & ibi per Bar. & no. per gl. & doc. in l. filio. quẽ pater. de leg. j. & vide Imo. in d. l. qui filiabus. §. fi. in 2. no. & etiam hoc ponit Bal.

5 tus.de ɔdi.&dem.¶Quæro,vtrū regula†Catoniana habeat locū in legatis puris,vel relictis in diem certum?Rñ.si quidē sunt talia legata,quorum dies cedit ab adita hr̃ditate,nō à tpe mortis,regula Catoniana non hēt locū,vt ĩ.eo.l.3.&l.cum legato.ĩ.qñ di.le.ce.&s̃.de le.j.l.qđ in rerum.§.j.&l.si optio.ĩ prin.s̃.de opt.le.Quæ aūt sint illa legata,quorū dies cedit ab adita hr̃ditate,no.ĩ l.vni-
6 ca.§.in nouissimo.C.de cad.toll.¶Iuxta hoc†q̃ro,qđ si est certū,ꝙ dies mortis,& aditionis sit vnus,& idē,vt puta,quia institutus sit hr̃s necessarius?Rñ.regula Catoniana tūc hēt locū,vt ē casus in l.si optio.3.rñ.s̃.de optio.leg.Rō apparet,qa tunc est datū sic,
7 vt statim valeat,si statim decederet. ¶†Quæro,vtrū habeat locū in legatis,quorū dies cederet à tpe mortis,Text,vr̃ hic,ꝙ sic.ɔ̃rium vr̃ pl.si deportati.in prin.s̃.de leg.3.&l.interuenit.ĩ.de leg.præstan.&l.si cognatis.s̃.de reb.dub.&ĩ.de iur.fisci.l.3.§.qñ autē.Pro sol.huius ɔ̃rij gl.facit tres casus,vt in ea habetis.Dy.facit sex casus.Primo,qñ legatum deficit rōne psonę legantis,tunc hēt locū regula,vt in l.j.§.j.s̃.de le.3.Scđo,qñ deficit rōne rei legatæ,vt in re sacra,vel tigno ædib.iniuncto,&tunc hēt locū regula,l.cętera.§.j.s̃.de leg.j.Tertiò,qñ deficit mista ɔ̃ſideratione rei,&psonæ legatarij,vt si lego tibi rē tuā,& tūc hēt locū regula,l.cætera.ver.queadmodū.&Insti.de leg.§.sed si rem legatarij. Ideo dixi mista cōsideratione,qa res per se erat legabilis,&legatarius erat capax simpl'r loquēdo,sed res illa sibi legari nō pōt.¶Quarto qñ legatū deficit,mista ɔ̃ſideratione legãtis,& legatarij, vt qa testōr legat seruo suo ꝓprio,& tunc hēt locum regula.l.seruis.C.de leg. ¶Quintò,qñ legatū est inutile mista cōsideratione legatarij,& eius,à quo relinquit,vt qñ legat seruo hr̃dis ab hr̃de,&tunc habet locū rl'a,vt Insti.de leg.§.an seruo.¶Sexto,qñ legatū est inutile rōne psonæ legatarij,qa non est capax,tūc ista regula nō hēt locum:&loquunt iura in ɔ̃rium allegata.Et hæc sunt verba Dyn.

8 ¶Examinemꝰ quodlibet mēbrū p se.Primum est,†qñ legatū est inutile rōne psonæ legãtis,tunc hēt locū rl'a.Istud nō ē verū simpliciter,sed est verū in eo,ꝗ erat intestabilis simpl'r loquēdo: secus in eo,ꝗ poterat se habilitare ad testm̃,vt in vsurario publico. Nā vsurarius publicus pōt se habilitare ad testm̃ pstando cautionē de reddendis vsuris,&iō legatū factū per eū ab initio inutile ɔ̃firmaret prestita cautione,vt no.Io.in c.quanq̃.de vsur.lib.6.licet ipse postea timēs notet ɔ̃riū in c.j.ex.de sepul.in cle.tñ quod primò notat,est verius,vt plenè dixi in l.filio pterito.de iniusto test. fm Nico.de Ma.sed forte rl'a Catoniana in vsurario alia rōne nō haberet locum,qa c.quanq̃.est noua lex,& rl'a Catoniana ad nouas leges non pertinet,vt ĩ.eo.l.fi. Debemus ergo ponere aliud exēplū.De iure ciuili quis nō pōt sibi facere duos seruos necessarios hr̃des,si nō ē soluēdo:certè iste nō est intestabilis simpl'r,qa satisfaciendo creditorib.efficit testabilis:&iō huius testm̃ pt ɔ̃firmari,l.ꝗ soluendo nō erat.de her.insti.Et iste est verus intellectus
9 huius l.¶Venio†ad fm membrū,qđ est,qñ legatum deficit ratione rei,tunc hēt locū rl'a Catoniana.Op.de l.seruum filii.in prin.s̃.de leg.j.vbi cessante cā impedimenti legatū recōualescit.Soluit gl.ꝙ ibi ab initio legatum valebat pp ius,qđ habebat pater,si filius decessisset.Istud non est verū,qa istud ius,qđ pr̃ hēt,vt possit succedere,nullo mō attendit.l.post emācipationem.§.j.de lib.le. Est ergo dicendū,ꝙ ibi cessauit cā impedimenti ex cā,quæ retro trahit:vñ fingit ab initio non fuisse.Idē probat in l.seruus ab hostib.&l.non quocunq;.§.si ex bonis.s̃.de leg.j.Itē ɔ̃ dictū Cy.& gl. op.de l.est receptū.in fi.s̃.com prædi.So.Ibi valuit legatū ab initio quantū ad personalē obl'onē,nō quãtum ad ɔ̃stituēdum ius ĩ
10 re,vt no.ĩ l.p fundum.de ser.rusti.prædi.¶Venio†ad tertium mēbrū,qñ legatū deficit.mista ɔ̃ſideratione rei,& psonæ legatarij: Et isto casu dico,ꝙ habet locum rl'a,l.cætera.§.j.s̃.de le.j.Hoc vr̃ ɔ̃
a l.debitor.§.fi.s̃.de leg.2.Sol.a ꝙ ibi deficiebat rōne legatarij, non rei,qa legabat seruo res dñi:iō istud membrū dēt sic intelligi.Illud,qđ dr̃,ꝙ regula Catoniana habet locū in tertio membro,est verū,qñ testator ɔ̃ tale impedimentū potuit prouidere, vt puta, legādo æstimationē rei,vel aliā rē æqualē:sed in casu dicti §. seruo.non potuit prouidere,qm si sic legasset:fuisset dño quesitū,& ipse volebat seruo quæri.Rōnem huius distinctionis ĩ.videbitis.
11 ¶Venio†ad quartū mēbrū,qñ legatū deficit mista ɔ̃ſideratio-
b ne legãtis,& legatarij,hēt locū rl'a.Pro declaratione pone,ꝙ testator legat filio suo spurio tpe testi,non valet,si tpe mortis reperit capax,qa legitimatus,valebit ne legatū:Secundū Dy.nō,quia deficiebat legatū,mista cōsideratione legãtis,& legatarij.Hoc autē vr̃ ɔ̃ tex.in l.3.§.qñ aūt.de iu.fis.& iō intelligas illud mēbrum sic,si qđē testōr potuit ꝓuidere ɔ̃ tale impedimentū,vt manumittēdo seruū,tunc hēt locū rl'a,quia est qđ sibi imputet:sed si non potuit prouidere:qa nō est in sua ptãte legitimare,tūc nō habet locū rl'a.Hæc distinctio probatur per tex.in l.qa rō.de cōdi.insti. Contra istud mēbrū Dy.vr̃ casus in l.si minor.s̃.de le.j.vbi minor nō poterat ꝓuidere dādo libertatē,&tñ ibi hēt locū regula. Sol. fm intell'm gl.ibi positū non obstat,sed fm intell'm Dy. obstat: sed possumus dicere sustinendo ipsum,ꝙ illud est verū,qñ testōr non pt prouidere pp intell's imbecillitatē;tūc.n.eadē rōne infringit legatū.qua libertas:secus si alia rōne.Itē ɔ̃ prædicta facit l.cōsi-
12 ciunt.§.si ei seruo.s̃.de iur.cod.Sol.ille §.notabilis †determinat hoc mēbrū,& alia huius rl'æ.s.qa legatū ab initio inualidum nō ɔ̃firmat.intellige,nisi defectꝰ pnrget p vltimā voluntatē testōris,
13 vt ibi.&rō no.ibi ĩ gl.¶Venio†ad quintū mēbrū,qñ legatū deficit,mista ɔ̃ſideratione legatarij,& eius à quo relinquit,hēt locū rl'a.Dicit Dy.puto,ꝙ verū dicit ĩ hoc p rōnē pdictā,qa testōr
c potuit ꝓuidere c circa istud impedimentū,dando libertatē seruo hr̃dis,qđ pt:sed si esset casus,ĩ quo testōr nō posset ꝓuidere,tunc
14 eēt idē,qđ s.¶†Venio ad sextū mēbrū qñ legatū deficit ex psona legatarij,nō hēt locū rl'a.Et est rō,qa testōr circa illud impedimentum ꝓuidere nō poterat.Ita loquūt oēs leges allegatę ĩ gl.
15 excepta l.si cognatis,q̃ nō facit ad rl'a,vt ibi dixi.¶Quæro,†an rl'a habeat locū in hr̃ditate?Dic,vt dicā ĩ.eo.l.3.& ibi dicā ēt,an
16 hēat locū in fideicōmissis vl'ibus.¶Itē q̃ro,†an hēat locū in do-
17 natiōe cā mortis?Dic,vt ĩ l.in mortis.ĩ.de do.cau.mor.¶†Quęro,q̃ est rō,ꝙ ĩ legatis ɔ̃dōnalib.nō hēt locū rl'a Catoniana?Dyn. dicit in c.nō firmat.de re.iu.li.6.ꝙ interim nullū est legatū. Dic, ꝙ rō est,qa legata ɔ̃dōnalia testōr nō sic dedit,vt statim valeret, si moreret:secus ĩ legatis puris,& sic est rō,qa testōr hoc voluit. Istā rōnē ponit gl.in l.in tps.ĩ prin.&l.pt qs.de hær.insti.Ista ergo verba,q̃ dñt,ꝙ si testōr tūc decederet,inutile foret,intelliguntur de eo,qđ est sic datū,vt tunc inutile esset,vt hic dr̃ in text.l.j.Et iō statutū,qđ dicit,si qs nō soluerit pensionem intra mensem,&c. debet intelligi,quādo facta est locatio,vt intra mensem soluat.
18 ¶Vltimò†esset q̃rēdū,qđ si testm̃ rōne solennitatis deficit,an hēat locū rl'a Catoniana?Dico,ꝙ nõ,qa nullo mō pt ɔ̃firmari, vt ex tūc,cū solēnitas dēat adhiberi vno ɔ̃textu,l.hr̃des palā.ĩ.de testa.Sil'e dicit gl.qñ legatū deficit ratione personæ legãtis,quia pt confirmari,non vt ex tunc,sed ex noua voluntate:secus si legatum esset inutile ratione alicuius dubietatis,vel obscuritatis, qa posset confirmari vt ex tunc,vt d.l.hæredes.§.sed & si notã.¶Vl-
19 timò gl.q̃rit,q̃ est ratio,quando†legatum deficit mista ɔ̃ſideratione legãtis,&legatarij,ꝙ inspicimus id,quod nocet,non id,qđ ꝓdest:& non bñ respondet.Tu dic,ꝙ ē ratio,qa testator potuit ꝓuidere circa tale impedimentū,vt s̃.dixi.Mãm vero,qñ concurrūt duæ cāæ,quarū vna ꝓdest,alia noceat,quam debeamus inspicere,dixi in l.si vir.ĩ.ꝓ donat.&l.si quis in graui.§.fin.s̃.ad Sylla.

ADDITIONES.

a Alex.¶Sol.Ista sol.non est tuta ad illum tex.ideo dic de hoc,vt ibi late per Imo.

b Bar.¶Pro declaratione.Et vide latè Bal.in l.certum.C.vnde legit.

c Alex.¶Potuit prouidere.Et cum decisione Bar.transit Pau.de Cast.in l.cætera.in prin. de leg.j.& Bal.tenet contrarium in l.eam,quam.de fideicom.& Bald.in l.4.C.de leg.tenet idem,quod Bart.ibi,tu dic,quòd ratio est,quia legata,&c.Adde Bar.in l.cætera,§.j.de lega.j.

LEX III.

1 *Regula Catoniana an habeat locū in hæreditate, & fideicommisso vniuersali.*

Catoniana. Supra in l.j.Iurisconsultus exposuit verba regulæ,ꝙ si testi facti tpe decessisset testator, legatū inutile foret:hic aūt exponit ista verba,id legatū,&c.Op. & vr̃,ꝙ in institutione hr̃dis hēat locū rl'a, vt insti.de hære.quali.& diffe.§.in exneis.& in l.si alienū.§.j.de hær.insti.Sol.Quidā dñt, ꝙ non habeat locū in hæreditatib.fideicommissariis, sed in pure relictis sic.Alij:quòd in hæreditate non habet locū quo ad verba,sed quo ad mentem sic,in quibusdam casib.Hoc probat ĩ.proxi.l.placet.vbi excipit ɔ̃ditionales institutiões,ergo ptinet ad puras.Certè habemus gl.in l.qui soluēdo.&l.potest qs.de hære.insti.q̃ simpliciter dñt,ꝙ in hæred.non hēt locū:sed gl.in l.qđ in initio.de reg.iur.tenet,quòd a in l.ꝗ soluendo.sit spāle fauore libertatis.Veritas est,ꝙ in hr̃ditate non hēt locū,& id,qđ dr̃ in d.§.in extraneis,quòd requiruntur tria tpa,non est ex vigore rl'æ Catonianæ,sed aliarū ɔ̃stitutionū:qa regula Catoniana tm̃ in legatis loquitur.Preterea ꝙ in institutione non habeat locum,apparet, quia si testm̃ deficit rōne personæ testantis,est idem in institutione,quod in legato,non per oīa,l.j.§.sed si filius.s̃ de leg.3.& sic non est vigore regulæ Catonianæ,l.in bello.§.codicilli.de capti.& postli.reuer.Si verò deficit institutio ex persona instituti,non habet locum rl'a Catoniana,& tñ institutio vitiatur,d.§.in extraneis.Et sic manifestè concluditur,ꝙ nō ex vigore regulæ,sed ex vigore illarum constitutionum.Alia vero mēbra,in quib.regula Catoniana habet locū in legatis,in institutione adaptari non possunt,si benè ĩspicias.¶Quæro,an b regula†Catoniana habeat locum in fideicommisso vniuersali;Gloss.quòd non: quia non cedit dies nisi ab adita hereditate.l.quidam ita.ĩ.ad Treb.quā vide,& signa.Ego consueui dicere ɔ̃riū,ꝙ dies fideicommissi vniuersalis cedat à tempore mortis,vt plenè dixi in l.cum filio familias.s̃.de leg.j.ad fi.& fm meā opi.tunc haberet regula Catoniana locum.Ad secundam partem oppo.& declara, vt dixi s̃.l.proxi.Opp.de l.si seruus.de acquir.hære.Solue,vt ibi dicam.

ADDITIONES.

a alex.¶Tenet,quòd bal.in l.in testamento,in 9.q.C.de milit.testa dicit,ꝙ regula Catoniana non habet locum in substitutionibus,quæ sunt conditionales institutiones. Iterum non habet locum,vbi est defectus consilij,sed alterius accidentis extranei.

b alex.¶Quæro,an. Vtrum regula Catoniana habeat locum in fideicommisso vniuersali.bart.hic tenet,quòd sic,contrarium tenet in l.vbi purè.ad Treb.sed ista pars,quam hic tenet bar.est verior,tenendo quòd dies vniuersalis fideicommissi cedat à die mortis,vt concludit bar.& bene,in l.cum filiofamilias.ad fin.de leg.j.& etiam circa j.col.dum refert Old.& in hoc eum sequitur, & istam tenet Imo.ibi, & in l.cogi.§.si pater.infra,ad Trebel.

LEX IIII.

Placet. Lex ista sic legitur. Primò quæritur, an regula Catoniana habeat locum in legatis relictis, in quib. est institutio ꝯdonalis. & certè nõ, ſm primã lect. Opp. ꝙ cõditio, q̃ est in institutione, non impedit diẽ legati cedere a tpe mortis, vt l. si dies. §. fi. qñ di. leg. ced. Sed debes intelligere hanc lect. ſm casum l. auia. quã gl. allegat, qa ibi fuit pro parte institutus sub cõdõne, & eidẽ legatum, vñ impedit diem legati cedere talis conditio: & hoc qñ præcessit institutio, & legatũ sequit: alias secus, l. filium. in prin. & ibi no. j. qñ di. leg ced. Secus si cõditio esset adiecta tali institutioni, tunc. n. talis cõditio nõ impediret, quin regula Catoniana haberet locum, vt dixi s. eo. l. j. Secundo modo legit, prout iacet. Sed an in puris habeat locum? vidistis s. in l. proxi.

LEX V.

1 *Testamentum patris, in quo filius est præteritus, & nepos, vel alij venientes ab intestato instituti, si filius præteritus mortuus est in vita patris, confirmatur.*

2 *Regula Catoniana qualiter trahatur ad nouas leges, & statutum, ꝙ legatũ factum forensi non valeat, si legatarius tempore testamenti erat forensis, postea sit effectus ciuis, non obstante regula capi et legatum.*

3 *Regula Catoniana quare non pert net ad nouas leges.*

4 *Nouæ leges quæ dicantur quo ad regulam Catonianam.*

Regula. Glo. legit hanc l. multis modis. prima &, secunda lec. sunt planæ, licèt gl. eas, reprobet, qa nõ est verisimile Iurisconsultum de his legib. cogitasse. Ista reprehensio nõ placet, quia verũ est, ꝙ Iurisconsultus nõ cogitauit de Theodosio noĩatim, & specialit. r: sed cogitauit de omni lege vñr ter, q̃ fieri posset. Simile in l. j. s. de ꝯdi. ex lege. Tñ hæc lect. prima non placet alia rõne. Nam rl'a Catoniana non pertinet ad nouas leges. tñ Insti. de hrd̃ũ quali. & diffe. §. in extraneis. & l. si alienum. §. in ex̃neis. de hære. insti. hñr leges nouæ: vñ illæ leges pñr pertinere ad istã, & ista ad illas, vt l. non est nouũ. & l. licet & posteriores. s. de legi. Secunda lec. pt esse vera in se, intelligẽdo q filius legitimus non fuit ptritus, sed fuit institutus in re certa tm̃. Cũ ergo

a institutio filij nãlis in aliquo valuerit mortuo legitimo, accrescit sibi totũ pp ius accrescendi. nõ tñ est hoc p effectũ rl'æ Catonianæ, qa hic nihil facere põt. Tertio mõ legit, vt hẽs in gl. & sic

1 tenet hic gl. expressè, ꝙ † filio iã nato ptrito, mortuo in vita pris testm̃ cõfirmet. ꝯriũ tenet gl. in l. si hrd̃itas. §. 2. s. de testa. tute. & l. fi. §. pe. ĩ ver. pfectã, q̃ incip. maximè. de do. & vñ text. Insti. de exhe. li. in prin. ꝯ istã gl. Sed p ista gl. facit l. posthumus. in ver. idcirco. de iniu. test. Vñ possumus dicere hãc gl. verã, qñ institutus est nepos, vel alij venientes ab intestato, vt d. l. posthumus. Sed gl. ꝯriæ sunt veræ, qñ esset institutus ex̃neus. Et licèt hæc lectu. sit vera, tñ nihil ad ꝓpositũ. qa testm̃ istius ꝯfirmat de iure ptorio, d. l. posthumus. non ex eo ꝙ rl'a Catoniana cesset. Itẽ licèt pdicta sol. sit vera, tñ nõ procedit quantũ ad d. l. si hereditas. §. q si filium. quia ibi fuit institutus nepos. ¶ Quarto mõ legit, vt habes in glo. q̃ lect. nõ placet, qa in successione ab intestato inspicitur qui est proximior, & qui est capax tpe mortis, vt Instit. de hære. q̃ ab intest. defer. §. ita demũ. Vnde si mater tpe mortis nõ est capax postea nõ admitteret, nisi poneres filiũ decessisse testatum, & instituisse extraneũ, & extraneo deliberante matrẽ fuisse effectã capacẽ, arg. l. fi. & qd ibi no. de ꝯdi. inst. in gl. q̃ incipit, quia quã diu. &c. & Instit. de legit. agna. succes. §. proximus. Præterea hæc lectu. nõ placet, qa senatusc õsulta non appellant nouæ leges. & rl'a Catoniana pertinet ad senatusconsultũ. l. cætera. §. i. s. de leg. j. Quinto legit gl. vt nouæ leges appellentur nouæ voluntates, in quib. prima ꝯfirmatur. Ista lec. est vera in se, tñ huic legi nõ congruit, qa verũ est, ꝙ legata debent, vt ex nouo testõ confirmante, non vt ex primo, qd fuit inutile, & sic rl'a Catoniana hic non cessat, immo habet locũ. ¶ Sextò legitur, vt hr in gl. Hæc lect. in se est vera, qa regula Catoniana non hẽt locum, qñ legatum deficit ex persona

2 legatarij tm̃. ¶ Legitur ergo † septimo mõ, vt hẽs in gl. Quæ lect. licèt in se sit vera tñ non ex eo ꝙ rl'a Catoniana cesset, cum non habeat locum in institutionibus, vt s. eo. l. j. Sed possumus ponere casum, vt dicamus, ꝙ regula Catoniana non pertinet ad nouas leges. hæc nõ est noua lex, sed antiqua. Alio modo sic. vt ius nouũ appellet ius iniquum, vt s. qd quisq; iur. l. j. vt dicamus, non ptinet ad nouas leges. i. ad leges iniquas. Vel aliter intelligo hanc l. prout iacet. & pono exẽplũ p l. hac edictali. C. de secun. nup. Nam testõr nõ põt relinquere vxori suæ plus q̃ vni filio ex primo matrimonio: pone ergo, ꝙ testator reliquit tm̃ vxori suæ, ꝙ nõ poterat capere totum tpe testi, sed tpe mortis capax erat, certè ca-

b piet totũ, quia rl'a Catoniana non ptinet ad nouas leges codẽ

c mõ pone in statuto, qd dicit, ꝙ legatũ factũ forẽsi nõ valet, legatarius erat forensis tpe testi, postea effectus est ciuis. certe capiet non obstãte rl'a Catoniana. Nec ob. l. dic. s Vlpianus non cogitauit de his legibus qa verũ est spãliter, licèt vñr bñ cogitauit. Appellemus ergo oẽm legẽ nouã, q̃ inducit impedimentũ circa le-

3 gatũ, qñ lex sit facta post rl'am Catonianã. Quæro, † q̃ fuit rõ huius legis? Forte voluit dicere, ꝙ rl'a Catoniana fuit facta per verba pteriti tpis, vel pteriti imperfecti, vñ non trahit ad futura, qa dicit, si decessisset, inutiliter foret. hoc nõ placet, qa lex semper to quit, l. j. s. de ꝯdic. ex leg. & l. Arriani. C. de hær. Quare dic, ꝙ in rl'a Catoniana erãt plura verba, ex quib. Vlpianus hic colligit, ꝙ rl'a illa nõ ptineat ad posteriores leges, alias priores ad posteriores trahuntur, & cõtra, l. nõ est nouũ, & l. sed & posteriores. s. de legi.

4 ¶ † Quæro, qd̃ si ignoramus, q̃ sint leges factæ post reg. Cato. qd in dubio pſumemus: Certè oẽs ꝯstitutiones, q̃ sunt in Codice, vl' insti. ꝯtinent aliquid noui iuris, appellabunt nouæ leges, cum fuerint post istã, sed in legib. positis in isto libro dicemus regulã Catonia. habere locum, nisi aliud appareat. l. cætera. s. de lega. j.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ In aliquo valuerit. Vide Bal. in l. fi. ver. item dubitatur. C. vnde legi. & plenè in l. eã quam. s. de fidei. & vide Bar. s. eo. in l. j.

b Alex. ¶ Certe capiet. Et sic habes hic, quòd statutum æquiparatur vltimæ voluntati, nõ contractui, vt etiam habetur per Flor. in l. ciuitas. si cer. pet. & vide bar. hic quærentem in l. 2. s. de in diem addi. & in l. vsufr. in fi. j. de stip. ser. per Bal. de pac. Constan. & facit ꝙ no. Bar. in l. quicquid adstringendæ. per illum tex. ad fin. de verb. obl. & in l. constitutionibus. ad Munici. quæ faciunt contra, sed Bart. hoc in terminis videtur voluisse. in l. j. C. de his, quib. vt indi. & expressè dixit Bal. ita declarans in tit. de pa. Constan. in ver. criminalibus, cuius dictum formaliter retulit in l. omnes populi. de iusti. & iu. & ibi dicit, ꝙ magis accedit vltimæ voluntati quàm contractui. Hanc dubitationem formauit etiã Bar. & non decidit in l. suus. §. fi. s. de hære. insti. & adde Bar. in l. quoties. la 2. in lec. antiqua. C. de fideicom. & in l. j. C. de sac. san. ecc. & quòd accedat magis contractui, tenet bal. in l. ea demum, C. de colla. vide tamen Bal. in d. l. omnes populi. ad fi. Bal. in l. & siposttes. in lectu. si quis cau. tenet quòd æquiparetur vltimæ voluntati. & idem tenet Bar. & imo. in l. non solum. §. morte. de ope. no. nun. & ista satis placent per no. in d. l. j. de his quib. vt indi. præterquam vbi agitur de interpretatione legis, vel statuti, quia in l. vel statuto fit stricta interpretatio, l. prospexit. j. qui & à quib. sicut in contractibus. d. l. quicquid. & ibi Bar.

c Bar. ¶ Eodẽ modo. Et vide bal. in l. omnes populi. ad fi. de iusti. & iur. vbi allegat istud dictum bar. hic, & vide quæ remisi ad bar. in l. suus quoque. ff. de hær. insti. & vide quæ dixi. in c. Raynutius de test.

TITVLVS OCTAVVS.

De ijs, quæ pro non scriptis habentur.

LEX PRIMA.

1 *Institutio, & legatum quando est pro non scripto facto hæredis, substitutio & fideicommissum remanet in suo robore.*

2 *Lex quando imponit pœnam, statim annullat, & infringit actum.*

1 SI quis. Licet † institutio & legatum sit pro non scripto facto hæredis, substitutio tñ, & fideicõ-

2 missum remanet in suo robore. h. d. Not. † tex. ibi nam senatus ex quo habes, ꝙ si lex imponit pœnam, statim annullat, & infringit actum: & istud membrum omisit Dy. in c. q̃ contra ius. de re. iu. lib. 6. licèt in contrarium videatur casus. s. de diuor. l. si. qd examinaui in l. prætor. §. j. de ope. no. nun. ¶ Op. & vñ ꝙ hæc institutio qua ex parte, &c. valeat, l. hoc articulo. de hære. insti. Sol. intellige, recitauerit in tabulis, quas faciet in futurum, & sic verbum, recitauerit, intellige in futurum, vt dixi in d. l. hoc articulo. Vltimo no. hanc l. ad id, quod dicetur infrà eo. l. fi. ¶ Sequitur l. quæ in testamento, in qua nihil est.

LEX III.

1 *Legatum factum penitus incapaci non quæritur fisco.*

Capax quilibet est legati alimentorum.

2 *Fratres minores si instituantur hæredes, hæreditas est pro non scripta, & remanet apud hæredes ab intestato.*

3 *Legatum factum damnato ad mortem, vel ad perpetuos carceres est pro non scripto nisi fiat pro alimentis.*

1 SI in metallum. Quod relinquitur † penitꝰ incapaci, nõ quæritur fisco. item quilibet est capax legati alimentorum. h. d ¶ Op. id, qd̃ auferẽ ab indigno, applicat fisco, vt j. ti. j. p totũ. & l. Papinianus. §. meminisse. de inof. test. Sol. aliud est quem esse incapacẽ. aliud quẽ esse indignũ, vt pbat

b hic. a Et p hoc † induci, ꝙ si fratres minores instituãt hrdes, hære-

2 ditas est p non scripta, & remanet apud hæredes ab intestato, qa c. exijt. de ver. sig. in cle. dicit, ꝙ totaliter sint oĩs hereditatis incapaces ¶ Op. insti. de lega. §. ex contrario. Gl. soluit, & non bene, dic, ꝙ ibi casus superueniens tẽdit ad eũdẽ effectum cũ ipso legato, hic ad aliũ effectũ, de quo p Dy. in c. factũ legitimè. de re. iu. lib. 6. vt dixi in l. plurib. §. & si placeat. de verb. obli. ¶ Vltimo no. hãc l. Scitis

3 enim, † ꝙ damnatus ad mortẽ sit seruus pœnæ, & l. q̃ ad statum, & l. qui vltimo de pœ. & l. eius qui. §. fi. de testa, & sic oĩa legata sibi facta irritantur, & sunt pro nõ scriptis, vt hic, quod tene menti. idem si aliquis est damnatus ad perpetuum carcerem. Nam quicquid esset ei relictum, esset pro non scripto, nisi in causa alimen-

c torum, c vt hic. l. seruos ad custodiam. de alim. & cib. lega.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Si in metallum. Et ad hoc vide bal. & Ioan. eleganter. in l. j. s. de test.

b Alex. ¶ Vt probatur hic. Per bal. in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccl.

c Alex. ¶ Causa alimentorum. Et id, quod dicitur, quòd datur actio incapaci quo ad aliment a, intelligitur, quòd etiam datur actio incapaci propter denegata alimenta. Tex. est in l. si vinum. j. de re iud. quem imo dicit bal. esse sing. ad ampliationem huius legis.

LEX

LEX V.

1 *Legatum si fit coram duobus testibus Titio, & grauatur, quòd restituat pio loco, legatum remanet penès hæredem cum onere suo.*
2 *Quod aufertur in pœnam alicuius, nunquam transit cum onere.*

Quod quis. Opp.C.de cad.tol.§.in primo, vbi pro non
scripta remanent sine onere.Sol.ſm Dyn. &
omnes,hoc est verũ,qñ culpa legatarij est pro non scripto,vbi ve
ro est pro nõ scripto pp defectũ substãtiæ psonæ,qa psona nõ su-
berat,dico,ꝙ ille §.stat in terminis suis,qa habet locũ, qñ est pro-
non scripto:qa persona legatarij deficiebat,vt ibi,secus si ex alia
cã,vt qa sibi adscripsit in testõ,vt hic,vel qa prima volũtas fuit ca
ptatoria.Nã ex his casib.remanet cum onere,vt hic,& s̃.eo.l.j.ĩ fi.
1 ¶ Deinde † aduertite:scitis, ꝙ legata ad pias causas valent cum
duob.testib.c.relatũ.ex̃ de testam.sed quantum ad alia stat̃ iuri no
stro qa requirũtur 7.vel.5.Modo testator legauit vni corã duob.
testibus,& eum grauauit de restituendo ecclesiæ,vel pauperibus
Certè istud legatum est pro non scripto,sed remanet apud hære
dem cum onere suo,casus est hic:quæ est optima limitatio ad l.j.§.
a in primo.C.de cad.tol.item illud † quod transfertur ᵃin pœnam
alicuius,nunquam transit cum onere,l.recusare.§.si fisco.ad Tre.

TITVLVS NONVS.
De his,quib.vt indig.&c.

LEX PRIMA.

1 *Legatum perdit, & applicatur fisco, qui post mortem defuncti causam ingratitudinis committit.*
2 *Offensa dicitur etiam illud, quod pœnam non meretur, per quod ex ea iuste ad iracundiam quis prouocatur.*
3 *Mortuus potest offendi.*
Legatarius concumbens cum vxore defuncti post mortem, est indignus legato, & applicatur fisco.
4 *Legatum quando dicatur reuocatum ob iniuriam ignoranter commissam.*
5 *Testis vt inimicus repellitur, etiamsi offensa ignoranter est facta.*

1 Diui. † Qui post mortẽ defuncti ingratitudinis cãm
committit,perdit legatum.h.d.¶ Opp.ꝙ non au-
feratur ab eo tanquam ab indigno,sed debeat remane-
re penes hæredem,vt s̃.de adi.leg.l.3.§.fin.Sol.ibi quan
do causa ingratitudinis committitur viuo testatore,vnde defun-
ctus videtur id reuocare,hic post mortem fuit ingratus,vnde apli
catur fisco.¶ Item opp.ex eodem facto quis non debet ꝯsequi pe
nã,& præmium. Solue,vt in gl.& vltima sol.ĩ est vera. De quo per
Dy.in l.decreto.de suspe.tut.&c.quod ob grãm .de re iur.lib.6.Ex
2 hac lege † singulariter ᵃ no.ꝙ illud qđ ñ meret̃ pœnam,dr̃ offen-
a sa,vt hic.Sufficit.n.ꝙ iustè ad iracũdiã aĩum ꝓuoces,vt puta,quia
hoc facere potes licitè,licèt ñ honestè,vt hic vides: & sic l.testõ.
b ĩ.de man.test.q̃ dicit,ꝙ offensa est ᵇ qcqd meret̃ pœnam,dicit ve
rũ:tñ nõ excludit,ꝙ offensã nõ possit esse,licèt qs pœnã nõ me-
3 reat̃.Dixi ĩ l.licitatio §.qđ illicite de pu.¶ Vlterius † no.ᶜ ꝙ mor-
c tuus põt offendi,adeo ꝙ priuat̃ relicto.Et ꝑ hoc potes dicere ve-
ram esse gl.l.sororẽ.in fi. C.eo.ꝙ ille, qui ꝯcubuit cũ vxore defun
cti post mortẽ ei⁹ indignus est legato,& sic applicat̃ fisco.Rõ,qa
si viuo defuncto hoc fecisset,ipsum ad iracundiã prouocasset, er
d go idẽ post mortẽ.¶ Quæro,qd ᵈ in ignorãte,† qa cõmisit ali-
4 quã culpã ꝯ ignorantẽ,& si ille sciuisset,esset ꝯcta inimicitia, qd
iuris an reuocetur legatũ?Certè si hoc ẽ in mortuo,multo forti⁹
hoc est in ignorante,sed tunc nõ auferẽ tãquã ab indigno, sed vr̃
reuocatum legatũ,tãquã si testator sciuisset.Gl.in l.fideicommis-
sum.C.de fidei.Rõ est qa legatũ ibi non erat adhuc legatario q̃si
tum,nec testm̃ erat morte ꝯfirmatum:hic secus.Et hæc nota ad li
5 mitationem eorum, quæ dixi in l.3.in fi.de adi.leg.Itẽ no.† pp te
stes,ꝙ ad hoc,vt dicamus aliquem testem esse inimicum alterius,
e sufficit offensam esse factam inter eos,licet alter ignoret.ᵉ

ADDITIO.

a Pom.¶ Ex hac l.singulariter.Vide Rom.sing.suo.183.
b Alex.¶ Offensa est.Not.ex hac l.quid dicatur offensa,& hoc facit contra dictum Bar.in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.in fi.de verb.obli.
c Ale.¶ Vlterius no.adde quod no.Bal.in l.id,quod pauperibus.de epis.& cler.
Pom.¶ Vlterius no.Bar.tenet contrarium in l.eadem dicemus §.Cato.in 7.q. ff. de ver. ob.pro cuius sol.vide Bal.in l.sororem.C.eo.vbi distinguit,quòd quo ad veritatem loquitur Bar.ibi,sed quo ad fictionem loquitur Bar. hic,& vide per Ale.
d Ale.¶ Quæro,quid,adde Bar.in l.fideicommissum,& quod not.imo.in l.2.in fi. de vul.& pup.
e Ale.¶ alter ignoret.Quod dicit hic Bar.in ignotante,tenent imo. & Fran. de Ram. in c. Raynaldus.de testa.

LEX II.

a Aufertur.ᵃ Qui ꝯ tabulas petijt indignus est oĩ ꝯmodo ex
eodem testõ.item qui ꝯ mandatum Principũ,
vel senatusconsultũ vxorẽ duxit,indignus est oĩ cõmodo ex eius
testõ:secus in vxore ducta.h.d.¶ Quæro.quod remedium posset
b esse vt filius præteritus habeat hr̃ditatem fratris impuberis? Rñ.
vt repudiet ex substitutione.& adeat ab intestato,l. si pupillus. de
acq.hære.& s̃.de leg.2.l.cũ pr̃.§. Titio.¶ Quæro, quid si domina
sciebat nuptias non valere: Respon. tunc non poterit capere.l.
vxori maritus.s̃.de vsufru.leg.& l.præfectus.de ritu nup.

ADDITIONES.

a Ale.¶ Aufertur.Et hic habes gl.fin.quam vide in versi.aufertur,quòd pœna transeuntis ad secundas nuptias non habet locum in masculo.
b Alc.¶ Respondeo.Ra.impugnat hoc in l.is,qui contrà.de vulg.& pupil.

LEX IIII.

1 *Delictum factum in faciendo non egreditur personam eius, contra quem committitur.*

1 Papinianus. † Nota,ꝙ delictum non egreditur personã
eius,cõtra quem committitur,quod intel-
ligo in inimicitiis,quæ contrahuntur faciendo iniuriam in per-
sonam,l.lex Corne.de iniu.& l.3.in fi.de alim.leg.

LEX V.

1 *Principium huius legis an habeat locum, cum quis acceptat legatum, siue scienter, siue ignoranter.*
2 *Instrumentum si quis in iudicio produxit, an possit illud dicere inualidum, siue nullum.*
3 *Producens instrumentum ignoranter, potest postea illud dicere falsum.*
4 *Differentiæ ratio inter eum, qui dicit testamentum inofficiosum, & testamentum falsum.*
5 *Legatum non potest peti causa nullitatis pendente.*
6 *Instrumentum si impugnaui, an & quando possim ex eo fundare intentionem meam.*
7 *Consilium, vt quis possit ex instrumento, quod impugnauit, se iuuare.*
8 *Iudex instrumento per partem impugnato potest intentionem ipsius partis adiuuare ex officio.*
9 *Instrumentum falsum qui dicit, an postea possit dicere verum, & ex eo intentionem suam fundare.*
10 *Testamentum, vel contractum qui non impugnauit, sed negauit simpliciter esse factum, potest postea ex illo se fundare.*
11 *Positione negata, ego, & aduersarius ex illa non possumus nos fundare.*
Consilium vt ex dispositione negata possit quis se fundare.
12 *Positionem si negaui, & negationem reuocaui, non possum hanc reuocationẽ reuocare.*
13 *Reuocata positione tua, meæ positioni assensisti, potero meam positionẽ positã post tuam reuocationem reuocare.*
14 *Positione negata probata, ex illis probationibus possum eam probationem reuocare.*

Post legatum. Primò ponit,an ille, qui cõsecutus est
legatum,possit testm̃ infringere.Secũ-
dò an ille,qui voluit testm̃ infringere,possit legatũ cõsequi , vel
retinere.Tertiò Iurisconsultus ponit modũ dicendi nullũ.Quar
tò ponit qd habeat facere iudex in cognoscendo,& pronũcian
do.Secũda ibi,ille qui.Tertia ibi,de eo vero.Quarta ibi,ꝓhiben
di.¶ Circa primã partẽ videamus positionẽ casuũ. Qñ est testm̃
falsum,vel nõ solẽne,nõ possum approbare ipsum: iõ accipien-
do legatũ non ꝓhibeor dicere falsum vel nullũ:sed testm̃,quod
est inofficiosum,filius p̃t legatũ ipsum accipiendo ꝯfirmare: qa
in sui fauorẽ est introductũ.Ex hoc seq̃t̃,ꝙ ille,qui accepit lega-
tũ,ex cã præteritionis de se factæ,nõ posset dicere nullũ,qa acci
piendo legatũ ꝯfirmare vr̃,vt no.in l.filio.de iniust.testa.¶ Quæ-
1 rit gl.vtrũ † istud principiũ dẽat intelligi,siue scienter,siue igno
ranter qs acceperit legatũ.Et vr̃,ꝙ debet intelligi qñ ignorãter.
Nec ob.l.licet.C.de falsis.& ĩ.de fal.l.qui ignorans.In ꝯriũ vr̃ rõ:
qa si sic intelligeret̃, non esset dr̃ia inter falsum ex vna parte ,&
inofficiosum ex alia:qa idẽ esset in inofficioso,l.mater. de inoffi.
a test.s̃.gl.d.l.licet.tenet,ꝙ debeamus ᵃ distinguere sciẽtẽ,ab igno-
rãte.Cy.ibi non examinat.Ego dicerẽ sic,si aliquis vellet ꝯtende
re testm̃ falsum,excipiendo, ꝙ ipse hr̃ditatem possideat,põt,ẽt si
scienter accepit legatũ qa testm̃ nõ ꝯfirmauit, nec ꝯfirmare po-
tuit,vt dictũ est.Sed si vellet ꝯtẽdere testm̃ nullũ,vel falsum agẽ-
do,tũc nõ posset,si scienter accepit,qa accipiendo legatũ scien-
ter ex testõ vr̃ repudiare hr̃ditatem ab intestato, l.Claudius. s̃.de
acq.hær.ergo testm̃ non ꝯfirmauit,qa non potuit,sed hr̃ditatem
repudiauit.Et si dicis,tunc non est dr̃ia inter falsum.& inofficio-
sum.Rñ.dr̃ia est in hoc,ꝙ primis casib. huius legis si ipse errauit
in facto,vel iure,nõ præiudicat sibi.Sed in ij.rñ.scilicet in inoffi-
cioso testa.si acceptaret legatũ ꝑ errorẽ iuris,præiudicaret sibi,
l.si patronus.ĩ.si qd in frau.patr.Sed illi legi põt rñderi,qa ibi in
patrono,cui non est ita debita hr̃ditas liberti,sicut patris filio,vt
probat̃ in l.si patronus ex minori parte.ĩ. de bon.lib.& l.cũ,qui.
C.de inof.test.& l.ẽt.de bo.lib.Sed si erraret in facto,sibi nõ p̃iu-
dicaret,vt s̃.de inof.testa.l.mater.& no.in l.qui fideicõmissum.s̃.
2 de leg.2.& qđ dicã in d.l. Claudius.¶ Quæro,† videtis hic,ꝙ ille,
qui accepit legatũ, põt dicere testm̃ falsum.Itẽ nõ iure factum.
b Pone, ꝙ aliquis produxit instrm̃ in iudicio, an possit dicere il-
lud instrm̃ nõ valere:Hic vr̃ tex. ꝙ sic.Nã ex testõ cõsequutus est
legatũ,& sic testm̃ ꝓduxit ,& tñ põt dicere nullũ,vel falsum. Sed
põt rñderi,ꝙ hic fuit consequutus ex̃ iudiciũ sine aliqua produ-
ctione,

ADDITIONES.

a Ale.¶ Tenet,ꝙ debeamus.Bal.ibi tenet contrarium,videlicet ꝙ etiam si scienter agnouit legatum,possit redargui de falso.
b Barb.¶ Pone,quòd.Et vide Inno.singulariter loquentem in c.cum olim.extra ,de cen. & Bal.in l.j.supra de edendo.

ctione.Quare dic,Q.ñq; volo dicere istr̄m nullū pp defectū mei
ꝯsensus,vt si erat vēditio facta ab aliquo meo,ꝓcuratore procura
a torio noie mei,& ego nō habui ratū,&nō possum ᵃdicere nullū,
quia ꝓducendo instr̄m approbaui,l.3.§.falsus.r̄e ra.ha.& qđ dixi
in l.filio ꝑterito.de iniust.test.Si verò volo dicere nullū ex cā,cu
ius approbatio non stetit in pt̄āte mea,tunc possum,casus est hic
quātū ad exceptionem,sine dubio.Itē quantū ad actionē:qa aliàs
actiones ꝑpetentes alicui ita nō p̄t qs de facili repudiare,sicut hę
reditatē,l.qs ergo.s̃.de pecu.& l.3.s̃.ꝓ soc.& l.si quis vi.§.dr̄ia.de
acq.pos.nec ꝓductio illa facta in iudicio p̄t hr̄e vim pacti de non
petēdo,qñ tēt ad diminuendū ius aduersæ partis,nō ad augendū,
ergo,&c.l.legata inutiliter.de adi.le.l.legata.s̃.de le.j.¶ Sed ꝯ præ
dicta obstat C.de testi.l.si quis testib.R̄ñ.aliud in teste,cuius perso
næ approbatio p̄t stare in pt̄āte mea ꝯ me,aliud in instr̄is,vt s̃.vi
distis Itē ꝯ hoc opponit,qa si ego ꝓduco instr̄m,videor oīa,quæ
sunt in instr̄o,ꝯfiteri,l.j.§.edēda.s̃.de edē.ergo licèt instr̄m in se sit
inualidū,tñ ꝯ me ꝓbat rōne ꝯfessionis.R̄ñ.ille,q ꝓducit instr̄m,nō
ꝯfitet̄ oīa simpl'r,sed eatenus,quatenus instr̄m ꝓbat.Hoc ꝓbatur
in hac lege,quia licèt ꝯfiteat̄ test̄m esse,tñ est verū,quatenꝰ ꝓbat,
quia postea possum ipsum falsum dicere.Sed si poneremꝰ ꝯfessio
nē esse factā nō respectu instr̄i,sed simpl'r,tunc licèt instr̄m appa
reat postea nullum,nō tñ pp hoc à ꝯfessiōe recedit.Ita tenet Inn.
b in c.cum venerabilis.ex̃.de excep.Istud vltimū dictū puto verū,ᵇ
si quis diceret instr̄m nullum simpl'r,sed si quis allegat errorē,&
vult ad ꝓbationem erroris īducere instr̄i nullitatē,tūc sufficeret,
3 & vr̄ erronea ꝯfessio,l.si post.C.de iu.& fac.ign.¶†Quæro,si pro
duxi instr̄m,an possum postea dicere falsum?Tex.est hic,ꝙ sic sed
c dico,si ꝓduxi ignoranter,possum dicere falsum.ᶜ Text.est hic:se
cus si scienter.Rō est,quia tunc possum de falso accusari,l.falsus.
C.de fal.& l.si vteris.C.de fide instr.& einsdē rei noie,cuiꝰ possum
accusari de falso,alium accusare non possum,iuxta r̄ām positam
in l.apud antiquos.C.de fur.¶Veniamus ad s̄dam partem,op.ad
vers.ille,q.&vr̄,ꝙ superfluat p p̄cedentia.Sol.gl.ꝙ hic tractat eadē
mām,quā s̃.sed in hoc differt,quia s̃ accepit legatum,postea tra
ctat de virib.testī,hic ꝯ̃.Ponit & aliam dr̄iā,vt in gl.patet,sed pri
ma dr̄ia nō est vera,qa hæc loquit̄ etiā,qñ primo acceptauit lega
tū,& postea tractat de virib.testī,quare collige dr̄iā ex diuisione,
quā dedi in tex.¶Opp ꝙ ille,q non obtinuit,repellat̄ à legato.C.
eo.l.alia.Soluunt qdā,ꝙ hic succubuit,ibi destitit.Hæc non est ve
ra,qa s̄m hoc non esset dr̄ia inter eū,q dicit non iure factū,& qui
dicit falsum,quā dr̄iā tex.vult facere.Dic ergo,ꝙ ꝯ̄riū loquitur in
eo,qui dicit falsum,& inofficiosum:hic vero in eo,qui dicit non
4 solēne.¶Sed q̄ro†de rōne diuersitatis,quā ponit Dy.in c.ex eo.đ
re.iu.li.6.Tu dic,ꝙ rō est,qa ille,q dicit test̄m nō iure factum,non
impugnat iudicium,vel volūtatē defuncti,nec eā negat:ille vero,
qui dicit falsum,vel iofficiosum,directò negat ipsum.Quā rōnē
ponunt doc.in l.Polla.C.eo.& tex.j̃.prox.ᶠ.& facit j̃.eo.l.pe.¶Itē
op.dr̄ hic,nec obtinuit.innuit ergo,si obtinuisset dicēdo nullum
non posset petere legatum:ꝯ.C.de fideic.l.fi.Gl.soluit duob.mod.
illa vera,qa illud ibi est in odium mētiētis.Vel dic,ꝙ ibi in eo,qui
solēniter testari voluit,vt ibi patet.¶Itē opp.s̃.de peti.her.l.Luciꝰ.
vbi ille,qui dicit falsum,p̄t petere hr̄ditatem.So.Ibi non petit hæ
reditatem ex eodē testō,quia oē ꝯmodū ex illo testō pdere debet,
sed petit ab intestato,& sic alio iure,qđ ex testō nō dependet,qđ
p̄t,j̃.ea.l.§.qui principale.¶Itē op.s̃.de le.2.l.Lucius.§.Sempronia.
Sol.Ibi non dixit test̄m falsum,sed tm̄ dixit ꝯ personas hæredum.
d ¶Extra gl.ᵈ q̄ro,dr̄ hic,ꝙ ille,q dicit test̄m nullū,& non obtinuit,
5 nō repellit̄ à legato.¶†Sed q̄ro,vtrū eā nullitatis pēdēte possum
petere legatū?R̄ñ.non,qa p petitionē legati fieret p̄iudiciū causę
nullitatis:ergo,&c.vt de peti.hære.l.si quis libertatē,& l.nō distin
6 guemus.§.si is.s̃.de arbi.dixi in l.si rē,de excep.rei iud.¶†Sed quę
ro,si dixi nullū,vel impugnaui instr̄m ꝓductum,an possum ex eo
fundare intentionē meā?distingue,q.ñq; qs impugnat instr̄m ex
cā,q̄ ꝯtinet manifestū errorē iuris,& hoc nullo modo sibi p̄iudi
cat,l.ornamentorū.de aur.& ar.le.Q.ñque impugnat ex cā,q̄ iuris
errorē nō ꝯtinet,& hic aduerte,si quidē impugnat ex cā,q̄ stat in
volūtate ipsius,vt in istr̄o facto à ꝓcuratore,qđ ipse dicit nō hr̄e
effectū,qa ipse nō approbat:hoc casu nō p̄t se fundare postea ex
illo instr̄o ad actionē,sed ad exceptionem sic,l.dispēsatorē.in fi.j̃.
de sol.Q.ñq; qs impugnat instr̄m ex cā,q̄ ex eiꝰ volūtate nō depē
det,vt quia dicit instr̄m factū dolo,vel metu,vel fictitiū,&similia:
hoc casu si quidē ipse destitit ab ipsa impugnatione, sine dubio
poterit ex eo fundare intētionē suā,l.alia.C.eo.l.Papinianus.§.me
minisse.s̃.de ioff.testa.Si verò nō destitit,sed illas exceptiões op
posuit,nec eis renunciauit,tunc ex illo instr̄o se fundare nō pos
7 set,quia esset sibi ꝯ̄rius,l.j.C.de fur.Vñ ꝯsiliū†est,ꝙ añ causæ expe
e ditionem illis exceptionibus,&impugnatiōib.renunciet ᵉ si vult
8 ex eo se iuuare.Ad vnū tñ aduerte,†ꝙ licèt ex illo se fundare nō
possit,tñ iudex iuuabit q.ñq; eū ex officio suo ex illo īstr̄o.Vnde
si ille,q ꝓducit instr̄m,hēt suā itentionē fundatā ex aliis ꝓbatio
nibus tunc iudex nō iuuabit eū illo instr̄o,qđ nixus est impugna
re.Hic est tex.& in c.olim.ex̃.de testib.& ibi per Inn.Sed si pars,q̄
illud instr̄m ꝓduxit,fundaret intētionē suā illius instr̄i vigore,&
sn̄iam obtineret,tunc iudex ex vigore illius instr̄i iuuabit partem
impugnantē eatenus,quatenus apparet iudici partē victicē non
fouere iustitiā.P̄ot.n.iudex hoc facere,licèt pars hoc nō possit al
legare,l.vbi pactū.C.de transa.& ibi no.s̄m verā lect.Azo.qđ etiā
9 tenet Inn.in d.c.cum olim.¶Procedo vlterius,† & videamus de
falso:aliquis dixit instr̄m falsum vtrū possit postea dicere verū,&
ex eo fundare intentionē suā?Certè in eodē iudicio si destitit,p̄t,
l.alia.C.eod.& d.l.Papinianus.§.meminisse.al's secus,vt hic patet.
Sed in alio iudicio est aduertendū,si qdē sup falso fuit ꝓnunciatū
incidenter,vel principal'r:puta,qa principalis qñ non poterat ter
minari,nisi tacite ꝓnunciaret super falso,& hoc casu in alio iudi
cio pars nō poterit se fundare ex illo instr̄o:siue obtinuit,quia est
falsum:siue succubuit,qa indignus.Sed si sup illa falsitate nihil est
pronunciatū,qa principalis qō poterat terminari illa omissa,tūc
f in alio iudicio ex illo instr̄o poterit se fundare,ᶠvt no.Inn.in c.mu
lieri.ex̃,de iureiur.& doc.in c.cum venerabilis.ex̃,de excep.Cer
tè vltimū dictū puto verū,qa cū non sit pronunciatū,p̄ot desiste
re,vt s̃.dixi.Sed primum dictum eius,ꝙ si est ꝓnunciatū,non pos
sit in alio iudicio se fundare,non placet.Nā istud tm̄ reperimus
in instr̄is pertinentib.ad vltimas volūtates,ꝙ ille,qui dicit falsum,
nec obtinuit,indignus est:vnde nō priuat̄ pp hoc debito,immo
debitum remanet,&applicat̄ fisco.Cū ergo in aliis instr̄is hoc nō
reperis,q̄ fiūt inter viuos,ergo fisco nō applicat̄.Nō.n.est de cau
sis q̄ ponunt̄ in l.j.de iur.fis.& hoc titulo.Cum ergo nō applicet̄
fisco,& nō deperit parti,puto,ꝙ in alio iudicio poterit agere,li
10 cèt succubuerit in illo arg.l.Aurelius.§.pe.s̃.de lib.leg.¶†Quæ
ro,qđ si non impugnauit test̄m,sed negauit id simpl'r esse factū,vl'
ꝯ̄ctū esse celebratū,vtrū possit postea ex illo se fundare?Et vr̄,ꝙ
nō,qa impugnauit iudiciū defuncti,cū dixit test̄m non esse factū
&c.eadē rōne quasi diceret falsum.Contrariū credo p l.si qs infi
ciatus.in prin.s̃.deposi.Nec ob.si dicis,ꝙ iudicium defuncti impu
gnauit,qa illæ leges loquunt̄,qñ impugnauit aliqđ iudicium,qđ
limitatē ꝓducebat:secus si simpl'r dicit test̄m non esse factū.d.l.si
11 qs inficiatus.¶†Quęro,aduersarius ᵍ fecit vnā positionē,quam
g ego negaui,& sic impugnaui eā,vtrū ex illa positione ego,& ip
se possumus non,fundare?Spe.in ti.de posi.§.8.ver.j.dicit,ꝙ nō,&
bñ rōne ꝯ̄rietatis:qa si nego eā,nō possum dicere verā,vt ibi ipse
dicit.Quid ergo sit faciendū?Certè erit faciendū,ꝙ ille,qui nega
uit,si vult ex illa positione se fundare,reuocet negationē suam,&
dicat se errasse,& assertioni illius se velle credere:quod sibi suffi
h ciet,ʰ qñ aduersa pars ꝯfitet̄ illū errasse,& verū nō dixisse ꝙ asser
tioni aduersæ partis qs credere p̄t,l.j.§.fin.al's est l.2.s̃.qñ actio de
pec.est ann.& l.j.§.cæterū.in gl.sup verbo,ille xerat.s̃.de ven.inspi.
vl' e cōuerso ille qui posuit,reuocet positionē suā,dicēs se errasse
12 credens assertioni aduersari,eadē rōne.¶Sed circa†p̄dicta īsur
gunt duo dubia,pone,ꝙ ego,q meā negationē,vel positionē re
uocaui,volo iterū istā reuocationem reuocare,an possum?Dico
13 ꝙ nō p l.si quis iusiurādū.C.de reb.cred.¶Itē pone† ꝙ reuocasti
positionē tuā assentiens meę r̄ñsioni,qđ potuisti,vt s̃.dixi,an ego
potero

ADDITIONES.

a Ale.¶ Et non possum.An producens instrumentū videatur ratificare in eo cōtenta,&c. bene facit tex.in l.appellanti & ibi do.meus.j̃.de ap.imo fortius dixit Bal.in l.j.C.vt quę desunt aduo.& ibi per eum & vide quæ no.Bar.in l.Aurelius,§.pe.de lib.leg.sed Iac.Bu. videtur expresse tenere contrarium in l.nimis graue.C.de testib.& no.Imo.in c.cum venerabilis.de excep.& vide quod no.Io.And.post Spe.in tit.de instr.edi.§.videndum.ver. nunc exhibeas,& ad hoc est bonus tex.in auth.ad hæc.de fide instr.& vide no.per Gui. de Suza.in auth.si quis in aliquo,de eden.

b Ale.¶ Puto verum.Et idem tenet inn.in c.cum olim.de censi.& vide gl.in c.pręsentium, de testi.& inn.no.de priui.c.cum olim.& Bal.in l.2.aliàs 5.ad fin.C.de fideicom.liber.& in l.cum precum.C.de lib.cau.

c Ale.¶ Dicere falsum.Et ibi vide Bar.de falsis,post medium,vers.quæro quid si dixi nullum,& adde quod no.Bal.post Bar.in l.decem.de ver.ob,& de hac materia habetur etiā per Ro.& Ang.in l.si quis simpliciter.de verb.obl.

d Bar.b.¶ Extra gl.Et vide Ang.in l.si quis libertatem,s̃ de peti.hære.

e Ale.¶ Renunciet.No.consilium,& facit quod no.dixit Spe.in tit.de proba.§.nunc dicendum,vers.quid si debitor.& quod dixi in auth.iubemus,C.de iu.& adde Bald.in d.l.vbi pactum.in vlt.col.

f Ale.¶ Se fundare.Vt no.inn.in c.mulieris,de quo per Bal.in auth.contra qui propriam in vlt.col.C.de non nu.pec.& in l.si creditor.in fi.cum concor.C.de ser.pig.de manu.& vide Bar.in l.Papinianus,§.sed nec impuberis,ff,de inoffi.test.

g Ale.¶ Quæro,aduersarius.Vide Bar.in l.naturaliter,§.nihil commune,& ibi habes aliquid,de acq.pos.& bar.in l.suus hæres,C.de rep.hær.& vide per Ant.in c.ex parte decani.de rescrip.& Bar.in l.non vtique.j̃.de exce.bal.in l.j.C.de confes.& in l.cum precum. C.de lib.cau.& in l.si magnum,s̃.qui accu.non pos.& ad bar.hic vide An.& Ro.in l.j.§.si quis simpliciter,de verb.ob.per doc.in c.j.de confes.in 6.per Ang.in cons.152.& vide omnino no.per bar.in l.3.C.de repu.hære.& bal.in l.sicut.in fi.eo.tit.quod no.adde,an positione negata quis possit se tueri?Pet.de anch.cons.209.

h Ale.¶ Sibi sufficiet.Hoc limita esse verum,si statim talis reuocatio facta sit,per tex.in l.j.C.de erro.aduo.dummodo doceat de errore,per no.per gl.in c.fi.de iureiu.in 6.Et hoc voluit bald.in l.edita.C.de eden.item limita hoc esse verum,nisi talis reuocatio fieret, postquam ponens iam probauit positionem,quia tūc nihil proderit reuocatio,vt voluit bar.in l.eum.qui.in prin.per illum tex.s̃.de iureiur.& Ang.in Auth.de trien.& semis,§.fi. n.& bal.in l.locis,de quib.j̃.item limita esse verum,nisi negans vellet reuocare negationem,vt ex confessione præmium consequeretur,quia tunc non potest fieri talis reuocatio,vt voluit bal.in c.j.§.porro.quæ fuit pri.cā benefi.amit.& in l.de ætate,§,si.de interro.act.& in l.cōtra negantem,C.ad l.Aquil.& in l.j.C.de fur.& in l.error.C.de iur.& fac. igno.& in l.neque,§.electio.s̃.de noxa.& in l.ea,quæ,C.de cond.inde.& bald.in l.eum, qui.s̃.de iureiur.

potero reuocare meā rńsionē positā post tuam reuocationē?Di-
co,ꝙ sic,tā allegando errorē,quē aliàs debeo ꝓbare,q̃ ex rńsione
aduersarij,qa illa rńsio reuocata fuit.Debet ergo ꝓbari error,si-
cut qñ qs reuocat ɔfessionē suā,vt dixi in l.nō fatet.j̃.de ɔfes.ſm
14 mām l.error.C.de iur.& fac.ign.&c.¶† Quæro,ego negaui po-
sitionē tuā.postea tu ꝓbasti eā p testes, vel instrā,an ex illis ꝓba-
tionib.possum reuocare negationē meā?Puto,ꝙ sic.p d.l.si quis
inficiatus.in prin.solū.n.positionē tuā negaui,nō aūt impugnaui
probationes tuas.Si.n.probationes tuas impugnassem,haberent
locū q̃ s̃.dixi.¶Venio ad tertiā partē:dr̃ hic,ꝙ testm̃ dr̃ nullum pe-
tendo hr̃ditatē nō principal'r dicēdo nullū,q̃ro,vtrū possum pe
tere principal'r iterū testm̃ ꝓnunciari nullū.Dicā in l.q̃ sub cōdi-
tione.in fi.de ɔdi,inst.¶Venio ad quartā partē:q̃ro,qual'r debent
intelligi ista verba,ex persona,&c.Gl.ponit multū clarè,dic,vt in
ea.Tñ iste tex.pōt aliter intelligi,& fortè melius,dictū est s̃.ꝙ ille,
qui accusauit testm̃ de falso,& succubuit,priuat̃ omni ɔmodo ex
testō,an hoc sit simpl'r verū?Ad hoc rńdet Iurisconsultus,an ꝓhi
bendi sunt,s.à ɔmodo testī,quod dixerunt falsum ex cuiusq; ꝑso-
na,&c.ɔstituendū erit.Et hæc verba exponūtur per totā legē istā,
&id,quod dixit,ex cuiusq; persona,hoc est,an debeat̃ sibi nomine
suo,vel alterius,vt j̃.ead.l.§.si pater.Id,quod dicit,ex ɔditione,s.an
sit paterfamilias,vel filius,vt j̃.ea.l.§.si filius.Item an fecerit inuitus,
vel volēs,vt j̃.ea.l.§.ætati.& §.aduocatum.Item quod dicit,ætate,
subaudi,sit maior,vel nō.Item quod dicit,cā cognita,subaudi an
tale lucrum dependeat ex testamēto,quod impugnare voluit,vel
non,vt j̃.ea.l.§.qui principale,vsque ad fi.Et sic ista verba glossan-
tur hic per Iurisconsultum Paulum per totam hanc l.vsque ad fi.
& ita sentit gl.hic in fi.quæ incip.ex cuiusque persona.

1 *Excusans se à testamentaria tutela non repellitur à substitutione pupillari.*

2 *Causa quare quis est indignus,vbicunque respicit vtilitatem certæ personæ,id, quod aufertur ab indigno,applicatur illi.*

3 *Tutor datus in testamento,quem testator scit esse debitorem,vel creditorem,ob hoc non repellitur.*

Auct.minoris debitor.quando habeat locum in testamentaria tutela.

4 *Executor,quia acceptauit legatum sibi relictum,non potest renuntiare officio executoris,& si renunciat,repellitur à legato.*

§.Amittere. Qui se excusat à tutela testamentaria,indi-
gnus est omni commodo testamētario:se-
cus si se excusat à datiua:& qui agnouit legatū ex testō,à tutela se
excusare non pt̃.h.d.No.tex.ibi,hic.n.nihil,&c.ɔcordat l.ex his.s̃.
1 de excu.tut.¶Sed q̃ro,†an ille,q se excusat à testamētaria tutela,
repellatur à substōne pupillari.Casus est,ꝙ non in l.amicissimos.
in prin.s̃.de excu.tut.¶Op de l.administratione.C.de leg.Sol.ibi
in milite.Rō est,qa tutor esse non pt̃.¶Itē opp.de l.cū filius.§.non
iure.s̃.de le.2.Sol.ibi per tutorē nō stetit,& sic ad legatū admittit̃.
¶Item op.j̃.de iure pat.l.3.Sol.gl.ꝙ ibi spāle in illo cōmodo.Tu
dic melius,vt ibi no.¶Deinde dr̃ hic,ꝙ nō ptinet ad fiscum,&c.
Contrà,id qd̃ auferr̃ ab indigno,fisco applicatur,l.Papinianus.§.
meminisse.de inof.test.Gl.sentit,ꝙ hoc sit spāle,sed hoc nō est ve
2 rū,sed † est rła,ꝙ vbicūq; cā,quare quis est indignus,respicit vtili
tatem certe ꝑsonę,id qd̃ auferr̃ ab indigno,applicat̃ illi.Casus est
3 hic,& C.de lega.l.pe.¶Circa hoc q̃ro†primò,vtrū hoc sit hodie
correctū p auth.minoris debitor.C.qui da.tut.pos.Nam si testōr
reliquit tutori,ipse est creditor pupilli,& sic vr̃,ꝙ nō possit esse tu
tor.Certè ſm op.quā ibi teneo,qñ testator scit eū,quē dat tuto-
rē,esse creditorē.tūc nō repellit̃,qa testator eū approbauit:hoc
mō intelligo opi.illorū,q dicūt,ꝙ illa auth.nō hēt locū in tutela
testamentaria.Aut ignorauit ipsum esse creditorem,& tūc nō vr̃
approbare ɔdōnem eius,quā ignorauit,l.in ɔfirmādo,& l.vtilita-
tē.de ɔfirmā.tut.Et ita intelligo opi.eorū,qui dicūt in tutela testa
mentaria illā auth.habere locū.Modo ad ꝓpositū,cū testator sci
uerit illū futurū esse creditorē,dico,ꝙ nō repellit̃:& ita de facto
a ɔsului,& ita etiā ɔsuluit Dy.¶No.deinde.hic arg.ad†executores
4 vltimarū volūtatū,vt si acceperint legatum eis relictū,nō pñt re-
nunciare officio executionis.Itē si renunciāt,repellūtur à legato
vt hic.Item si repellūtur,illud legatū non applicatur fisco,vel le-
gatario,sed filiis in quorū fauorem illud officium sibi fuit iniun
b ctum,vt hic,& l.pen.C.de le.Vltimo no.b hic,quòd aut impugna
uit iudicium defuncti,aut non,vt dixi s̃.in prin.huius legis.

ADDITIONES.

a Bar.¶Nota.deinde.Et idem dicas in minore,l.Nesennius,s̃.de excu.tut.Idem dicas in hærede relicto executore,vt si hæreditatem repudiet,censeatur priuatus officio executionis.ita eleganter dicit Bar.in l.cod. § j.de an leg.non tamen propter repudiatio nem tutelæ tutor amittit successionem ex pupillari.Et est text.no.in l.amicissimos,s̃.de excus.tut.& vide ibi Doc.quod intellige in extraneo,secus in cōiuncto,qui erat relictus tutor,quia tunc licèt tutelam repudiet,non tamē amittit legatum,quia potius respectu personæ,quā tutelæ legatum præsumitur,l.tutor peritus,§.quæ tutorib.s̃.de excu.tu.& vide aliā l.ab administratione,C.de le.& ea,quæ ego ibi notaui ad Bal.Et quid si acceptauit commissariam,an possit postea illam refutare,dic ꝙ non,secundū Bal.in l.3.§.j.s̃.de arb.& vide quæ dixi in c.cū Ioannes,de teste,& vide Bal.in rep.l.j.ff.de le.2.vbi pulchre loquitur,& vide Pet.in d.c.cum Ioannes,vbi refert,& sequitur dictum Bal.in d.l.j.

b Vltimo no.Adde Bar.in l.à filio,de ali leg.per Bar.& doc.in l.j.de leg.3.cum concor.

§.Si pater. Qui in accusatione falsi succumbit,perdit om-
ne commodū,qd sibi debetur ex testō,ex perso
na sua,vel alterius:secus in eo,quod alteri debetur,etiam si in eius
sit positum potestate.h.d.Et exponit verbum,ex persona.

§.Si seruum. Op.j̃.ea.l.§.q accusauit.Solue,vt ibi dicam.
Op.s̃.si quis ali.testa.prohi.l.j.§.j.Sol.gl.dic,
vt ibi dicam.Tu dic,quicqd dicat gl.ꝙ aliud ibi,aliud hic.Rō,quia
ibi seruus,vel filius non habebat voluntatē defuncti,quia defun-
ctus voluit mutare,& dñs,vel pr̃ nō dimisit:hic verò defuncti vo-
luntatem habebat,licèt postea dñs,vl' pater sit nixus impugnare.

1 *Filiusfamilias in publicis an possit accusare inuito patre.*

§.Si filiusfamilias. Quæro,vtrū hoc sit verū,ꝙ pater
possit agere tam ꝓ relicto facto si-
bi,q̃ pro relicto facto filio?Gl.ꝙ sic,& benè ſm illa tpa,ſm quæ fi
lius oīa q̃rebat patri,secus in his,q̃ patri non acquirunt̃.De quo
1 p doct.in l.3.§.si filius.s̃.qd̃ quisq; iuris.¶†Vltimò no.hic casum,
ꝙ in publicis iudiciis filius potest accusare inuito patre.concor.
tex.in l.inter liberas.§.filiusfamilias.de adul.ɔ gl.l.cū nō solum.§.
necessitate.C.de bon.quæ lib.de quo dixi plenè in d.§.filius.

1 *Agenti iure hæreditario non potest opponi excep.rei iudicatæ,vel similis ex persona sua.*

2 *Succedens ei,qui accepit legatum,vel hæreditatem defuncti,potest dicere postea testamentum falsum,si succedat per quandam consequentiam,aliàs secus.*

§.Qui accusauit. In iure quæsito post accusationē nō
dr̃ qs indign⁹.h.d.¶ Op.& videtur,ꝙ
etiā si aliqs agit ex ꝑsona alteri⁹,dicat̃ indignus,vt s̃.ea.l.§.si pater.
Sol.ibi ius ex ꝑsona alterius inceperat ɔpetere tpe accusationis
1 ꝓpositæ,hic postea.Ex qua so.nota,†ꝙ illi,qui agit iure hæredita
rio,nō pt̃ opponi exceptio rei iudicatæ,dñi,vl' filīs,ex ꝑsona sua.
2 De hoc est gl.in l.Modestin⁹.j̃.de excep.qd̃ est no.¶Quæro,† qd
eɔ̃.Aliqs succedit ei,q accepit legatū,vel hr̃ditatē defuncti,post-
ea vult dicere testm̃ falsum,q̃rit̃,an possit?Dico sic,Aut successit
ei titulo oneroso,qa emit,& tūc nō repellit̃ ab accusando.Casus
est in l.pe.§.fi.de inof.test.ſm vnā lect.ibi positā.Aut successit titu
lo lucratiuo,& tūc aut successit ī illā rē,quā testōr reliquerat prin
cipaliter,& tunc repellit̃ ab accusando,d.l.pe.§.fi.prout ibi loquit̃
de legato,l.filius patroni.& l.si filius,q patri.j̃.de bon.libe.Si verò
non successit in illā rē principal'r,sed per quandā ɔñam,tūc ab ac
cusando nō repellit̃,d.l.pe.§.fi.ꝓut ibi loquit̃ in hr̃ditate:hæc di-
stinctio probat̃ j̃.eo.l.qui Titij.¶Vltimò esset q̃rendū qd eɔ̃.hic
loquitur,qñ successit in legato:quid si successit in iure dicēdi nul
lum,vel falsum,vel inofficiosum?dicam in l.tutorem.j̃.eo.

§.Aetati. Glo.Op C.eo.l.Polla,& dat multas sol. Dic,vt di-
cam j̃.eo.l.tutorem.

1 *Testimonium testis se ingerentis non valet,sed à parte productus,vel à iudice si testificatur,valet.*

2 *Testis,qui fert testimonium contra me in causa capitali.est meus inimicus.*

3 *Statutum puniens præstantem auxilium exbannito,non comprehendit,qui tulit testimonium coactus pro eo.*

§.His verò. Op.Dicere testimoniū cogitur qs inuitus,li
cèt fallat in qbusdā casib.vt in l.lege Iulia.&
l.inuiti.s̃.de testi sed ille,q aliqd ɔ testm̃ facit inuitus , nō dr̃ indi-
gnus,vt j̃.ea.l.§.aduocatū,ergo,&c.So.gl.ꝙ hic loquitur in eo,q
dicit testimoniū spōte.Cōtra hoc vr̃ tex.in Auth.de testi.§.si verò
ignoti.ibi.festinātes,&c.& ibi tenet Iac.de Bel.ꝙ testes debēt esse
a citati,a non sua spōte testificari.Probo hoc,qa si se ingerit,vr̃ su-
1 spectus,vt s̃.de ꝓcu.l.q̃ oīa.§.j.† huius timore dicit Iac.de Bel.ꝙ sp
testes debent esse citari,al's eorū testimoniū nō valet:tñ huic gl.
nō rńdet:sed ad l.lege Iulia q̃ dicit,ꝙ admittuntur sponte.i.non
coacti pignorib⁹,vel mulcta,citati tñ debent esse.Pro hoc optime
facit tex.ex̃ de testib.cog.c.j.vbi ꝓpriè appellat coactionē,aggra-
uationem,q̃ fit post primā citationē.Sed mihi vr̃,ꝙ dictū Iac.sit ɔ̃
dictā l.lege Iulia.vbi dr̃,Lege Iulia iudiciorū cauet̃,ne inuito de-
nūciet̃,& sic ñ debent citari.Et hoc etiā vr̃ velle l.inuiti.e.tit.& sic
respicit citationē verbalē.Præterea si ista opi.Ia.esset vera,seque-
ret̃ absurdū,s.ꝙ qs delinquere deberet.Qui.n.in prima citatione
est ɔtumax,delinqt.l.oē delictū.de re milit.& sic sequeret̃,ꝙ quis
b dēret pati se ī ɔtumaciā poni,qd ē delictū.¶Dic ergo sic,b Qñq;
se ingerit spōte ad testificandū nō citatus à iudice,nec ꝓductus à
parte,& isto casu eius testimoniū non valet,arg.l.q̃ oīa.s̃.de proc.
Qñq; qs à iudice nō citatus,sed à parte requisitus ꝓducit̃,& tūc
valet testimoniū eius,tñ à volēte dr̃ testimoniū ꝓlatū sponte.De
hoc gl.ista loquit̃,& gl.in l.q cū natu maior.§.sed si nō accusauit.
de bo.lib.& d.l.lege Iulia.Qñq; qs deponit citatus à iudice,& tūc
etiam valet

ADDITIONES.

a Alex.¶Esse citati.An valeant testes non citati,vide omnino Bal.in c.j.§.porro.quæ fuit pri.cau.benefi.amit.in gl.magna.in ver.non coactus,per illam gl.Et an testes debeant deponere iurati,vide quod no.Bar.& doc.in l.libertorum,C.de testi.adde tamen,quod not.Ant.in c.in nomine Domini,de test.vbi dixit,ꝙ valet dictum testis deponentis in præsentia iudicis,& partis,licèt non fuerit citatus.allegat Io.de Rota,& Spe.in tit.de teste,§.qualiter,ver.iudex.Et quid si iudex recipiat testes ex officio non productos,vide omnino Bal.in l.presbyteri.C.de epis.& cle.& in l.libertorum,& ibi Bar.C.de test.& Bal.in l.2.C.de bo.auth.iud.pos.& vide Bal.in auth.sed nouo iure.C.si cer.pet.Itē adde ad hæc no.ꝙ testis deponens præsumitur,ꝙ inuitus deponat.ita dicit Bar.& post eum habes in l.presbyteros,de epis.& cler.vide Maria.Soc.in rub.de dila.arti.7.ver.octauo procedit,vbi de teste à parte producto,licèt non citato,quod probet.

b Poma.¶Dic ergo sic.Vide in c.propositum.de probat.& in c.2.de testi.

et valet testimoniũ ei⁹, l. si qñ. C. de testi. Facit l. cũ ab initio. quem admo. test. ape. tñ si talis testis poterat recusare ne cogeret, diceret testimoniũ spõte platũ, & sic valet. Et hoc mõ pt intelligi d. l. lege Iulia. Sed si recusare ñ poterat, diceret testimoniũ platũ nõ spõte, sed coactè. Quæro, licèt ista sint vera in se, an sint necessaria q̃tũ ad hũc tex. Rñ. iste tex. loqt simplr ñ distiguẽdo spõte, vel coactè: vñ ipsũ simplr intelligo. Nõ obst. §. aduocatũ. quẽ glo. allegat. Nã l3 qs cogat ferre testimoniũ, non tñ cogit dicere sic, vl'alr & iõ si tulit malũ testimoniũ, merito dr indign⁹, qa l3 coactè dixerit, ñ tñ fuit coact⁹ ad dicẽdũ. Sil'e in pside iudicãte, j. e. l. vers. qdã.
a Quæro, vtrũ q fert testimoniũ ĩ cã capitali, sit me⁹ inimic⁹: Di- a
2 cit gl. q sic, in c. cũ P. Mãconella. & ĩ c. meminim⁹. ex. de acc. Iste §. 1
3 facit ad qõ. † dt statutũ, q qcũq; pstiterit auxiliũ exbãnito, puniat ĩ cẽtũ: mõ aliqs pstitit testimoniũ p exbãnito, q̃rit, an puniat pœ
b na statuti: hic tex. facit, q sic, tñ distinguẽdũ vr. b vt gl. dicit: qa est b verũ, si pstitit testimoniũ spõte, sec⁹ si coactè. Facit ad istum §. j. de bo. lib. l. qui cum maior. §. is demum. ver. sed si non accusauerit.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Quæro, vtrũ. Vtrũ qui fert testimoniũ in capitali contra me, sit meus inimicus, & an possim illũ repellere testificando contra me in alia cã, in quo Io. And. in ca. meminimus. de accu. in gl. fi. dixit. q si fuit testis contra me in cã criminali, vel in cã ciuili, quæ erat omnium bonorum, vel maioris partis, quod repellitur. Ad qd est gl. & ibi legitur, & no. in auth. si dicatur. C. de testi. Et hoc verũ, nisi coactus tulisset testimonium, quia tunc non pt repelli, vt inimicus, alias autem repellitur. Sed quanta fides erit ei adhibenda, in arbitrio iudicis est, per d. auth. si dicatur. ita dicit imo. in c. j. de iu. de quo ibi latius per eum, in omni autem cã ciuili videtur, quod si talis testis fuit sponte testificatus, videtur suspectus, & potest recusari, ex quo spõte se obtulit nõ citatus, vt hic, nec productus à parte, secũdũ no. hic. Si vero spõte se n offer., sed citatus, vel pductus à parte, licèt posset se excusare, dicitur spõte testificari, & est suspectus. Ita tenet imo. in d. c. j. & ibi latius p eũ. Ex his dicit gl. no. in c. cũ super abbatia. de offi. deleg. q ille, qui aduersatur mihi in alia lite, potest recusari à me in alio iudicio, in alia cã q̃ illa, quam mihi mouet, etiam si cã, quam habeo cum illo, quem recuso, non sit sua, sed collegij, quod est no. secũdum im. d. c. j. Si autem non aduersatur tunc in alia instantia, sed aliàs fuit aduersatus, tunc si in cã criminali, vel ciuili, vbi agebatur de omnib. bonis, vel maiori parte, per id, quod habetur in l. propter litem. de excu. tuto. poterit recusari. Si vero fuerit alia cã ciuilis videtur, q nõ possit recusari, vel hoc relinquitur arbitrio iudicis, arg. eorũ, quæ dicuntur in d. auth. si dicatur. Ita dicit imo, quod no. Adde Bar. in l. 3. in prin. s. de test. & quod ibi dixi, & omnino inno. in c. cum oporteat. in gl. super verbo, inimicos. de accu. & imo. in c. cum P. de accu. & in d. c. meminimus.

b Ale. ¶ Videtur. Vide Pet. de Anch. in c. cum P. de accu. & vide j. §. proximo.

2 *Aduocatus, vel fideiubens pro bannito dicitur præstare auxilium, ideo si per statutum esset prohibitum dare auxilium bannito, ille incurret pœnam statuti.*

§. Sũt qui putant. Op. de l. q cũ maior. §. si patroni. j. de bo. lib. Sol. ibi ĩ portione debita prõ no, quæ non ita de facili perditur, sicut illud legatum, cum sit merè lucrũ. arg. l. fi. C. de codi. Cõtra hãc sol. opp. de l. fi. in prin. s. de inof. test. Soluit gl. q iõ ibi, qa querela est magis odiosa, q̃ bono-
2 rũ possessio ʒ tabu Not. hũc §. ad statuta. † q̃ dicũt, si quis pstiterit auxiliũ, vel fauorẽ exbãnito, q esse aduocatũ eius, est præstare
a ei auxiliũ: & fauorẽ, & iõ sis cautus, ne sis p eo, a nec pro eo fideiubeas, nisi mãdato iudicis, al's in pœnam incideres, arg. huius l.

CONCORDIA.

¶ Sũt qui putant. Aduerte, q Bart. arguitur de ʒrietate in hoc §. sunt q putant. Sed p sol. vide concor. ad l. in furti. §. opẽ. ff. de fur.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Ne sis pro eo. Contrarium videtur tenere Bar. in l. in furti. §. opem. de furt. & Pet. de Anch. & alij in c. cum P. de accu.

§. Quidam & præsidem. Op. mun⁹ iudicandi est necessariũ. l. munerũ. §. iudicãdi. j. de mu. & ho. Vñ nõ dẽt repelli vt indign⁹: arg. j. pxi. §. Hui⁹, timore dñt qdã, q isti malè putauerũt. Hæc sol. nõ ẽ vera: qa Iurisconsult⁹ non posuisset hic ista verba. Quare gl. dicit, q hic ñ dr coact⁹, qa spõte suscepit offim. Qd placet, qa & aduocat⁹ suscepit offiñ spõte, vt j. pxi. §. Quare tu dic, q licèt cogat iudicare, nõ tñ cogit sic iudicar, vñ cũ apparet p sñiam appl'onis, q malè iudicauerit, censet idign⁹: ita loqt hic. ¶ Cõtra hoc op. qa sñia in cã appl'onis qñq; primã sñiam ĩ pei⁹ reformat, vt j. d ap. l. j. So. ibi d notat fcti ʒtigẽtiã, qd tñ reglr ñ psumit: ita loqt hic. Et pdicta ĩtelligo, qñ ex eisdẽ actis prima sñia ẽ retractata, sec⁹ si ex nouis pbationib. ar. l. eos. C. de appel. tũc. n. non erit quid ei impuiari possit.

1 *Indignus non dicitur, qui facit ex necessitate.*

1 §. Aduocatum. No. † q q facit ex necessitate, nõ repellitur vt indignus: nam aduocatus sic facit de necessitate facit, & de necessitate sic facit: cogitur. n. suscipere, & procedere: & prosequi, sicut ei est delatum.

§. Qui principale. Qui pricipale testm accusat, repellit ab oĩ ʒmodo, qd sibi debet ex eo, vel ex eius accessorio. secus si ex alia volũtate p se principalr subsistẽte, sed q accusauit accessoriũ, non repellit ab eo, qd sibi debet ex pricipali. h. d. ¶ In gl. ĩ verb. repellẽd⁹, ibi dũ dicit. l. q Titij. So. ibi neutrum est accessorium alteri⁹, sed vtrũq; principale: vel ibi impugnat accessoriũ & sic nõ obstat gl. vel ibi nõ dixit testimonium, licet professus sit se velle dicere.

§. Ei, qui. Rõ hui⁹ §. ẽ, qa tutela ẽ on⁹, vñ suũ delictũ non remouet ipm ab onere, sed à lucro, vt hic videbitis

1 *Confirmatio quando confirmatum per se subsistit, quid operetur.*

3 retur.¶†Quæro,quid in dubio,an videtur emancipatio fieri in fraudem? Breuiter puto ꝙ nisi appareat alia causa,per quam emanciparetur,si emancipatio fit post delatam bono.possess.puto,quod in dubio,præsumatur fieri in fraudem,vt extra,de renuncia.cap.2.lib.6.& l.fin.in fin.ĵ.de stip.seru.& l. summa cum ratione,in prin.supra,de pecu.& per Dyn.in cap.pro possessore, de reg.iur.lib.6.

1 *Castrense peculium quare non conferatur.*
2 *Libri empti per patrem filio studenti quando sint conferendi.*
3 *Scholares non habent castrense peculium,nec gaudēt,eodem priuilegio,quo magistri.*
4 *Filio pro dignitate,vel militia datum a patre,quando debeat conferri.& nu. 6.& 10.*
5 *Filius si lucratur cum pecunia patris,an teneatur illud conferre.*
6 *Feudum,& emphyteusis acquisitum per patrem filio,quando veniat conferendum.*
7 *Filius si lucratur ex militia eidem empta per patrem,tale lucrum,deducto onere personæ,confertur.*
8 *Pecunia data filio per patrem causa studij,an imputetur in quartam,vel veniat conferenda.*
9 *Expensæ factæ per patrem in nuptiis,& vestimentis pro vxore filij,an expensæ in nuptiis imputentur filio,& vestes in collatione veniant.*
10 *Vestimenta missa per virum vxori non dicitur donata,sed ad vsum data,vt honestius incedat.*
11 *Datum per patrem filio quando veniat conferendum.*
12 *Pater si incœpit expendere pro filio studente,patre mortuo fratres non tenentur ad expensas,vt studium perficiat.*

§.Nec castrense.Castrēse peculium,vel quasi,& quod dignitatis filij nomine à patre datur, vel debetur,in collationem non venit.h.d.¶Et habet tres partes vt patet ex litera.Secunda ibi,sed an id.Tertia ibi,s3 si adhuc.¶In 1.parte dicitur, ꝙ peculium castrense,vel quasi non confertur. Contrà,filius emancipatus non habet peculium,l.fi.C.de inoffi. testam.ergo malè hic ponitur tractatus de collatione peculij.De filio enim,qui est in potestate non potest loqui,quia ille non cōfert,vt ĵ.ead.l.fi.So.Intelligitur hic peculium castrense,vel quasi, hoc est id, quod esset castrense, si esset in potestate, & sic impropriè loquitur.¶Op.C.e.l.vlt.vbi etiam aduentitia non conferuntur.sol.Illud secundum iura hodierna, sed olim omnia conferebantur,excepto castrensi,vel quasi.¶Quæro,aquæ est ratio,ꝙ ca- a
strense peculium non confertur? Dicit hic tex.quia hoc cauetur
1 constitutionibus.†Sed dic,bꝙ ratio est ista.ideo emancipatus cō
b fert suo,quia suus omnia quærebat patri,emancipatus quærebat sibiipsi,ideo ne emergat inæqualitas,fit collatio,vt dixi s̄.ead.l.in prin.sed castrense, vel quasi non, quia non quæritur patri, nec ꝑ emancipatum,ergo emancipatus non debet illud conferre,quia
c ratio inæqualitatis in tali peculio cessat.¶Vlterius c pro declara-
2 tione in hoc principio quæro:pater†emit filio libros,quæritur,
d vtrum isti libri veniant conferendi fratribus? d Istam q.format gl. C.fam.ercis.l.filiæ.& ibi videtur tenere,ꝙ non conferantur,arg.illius l.Rof.disputabat hanc q.& tenuit contrarium per illas rationes,quæ fiunt C.de coll.auth.ex testamento,s.ꝙ simplex donatio veniat in collationem.Ego vidi quædam scripta antiqua Vber.de Bob.qui dicebat,ꝙ de iure non veniunt conferendi.Nam si pater donasset filio militi equos,& arma, non conferuntur fratribus tanquam castrensia, vt hic. Eadem ratione si donat aduocato,erit quasi castrense,vt C.de aduo.diuer.iud.l.fori.militant enī aduocati.l.aduocati.e.ti.Et ita tenuit Dy.Idem tenet Cy.C.de collat.l.filiæ,l3 maneat in sacris. Mihi videtur in hac quæstio. aliter distinguendum:Quandoq; pater solum emit libros nomine filij, non tamen sibi tradidit, nec expressit se donare filio,tunc dictæ res sunt propriæ patris,vt C.de castr.pec.l.j.in prin.lib.12.Nam traditio requirit̄,vt videat̄ donare,vt C.si quis alteri,vel sibi.l.2.& C. de don.inter vir.& vxo.l.si filij.vbi tex.probat,si bene inspiciatur. Et isto casu non esset necessaria collatio,sic vt de aliis rebus,quæ, sunt in communione,sed fieret diuisio. Quandoque pater emit nomine filij,& sibi tradidit,vel dixit,se sibi illos libros donare. Hic aduerte,siquidem filius erat iam aduocatus,vel doctor,tunc tanq̃ sit castrense peculium,non venit in collationē,d.l.j.C.de castren.pecu.2.rñ.& ĵ.de cast.pec.l.castrēse.Et hoc casu pr̄ nō posset istam donatione reuocare,tanquā incontinenti validam,nec veniret in collationem,vt in §.nostro.facit ad hoc l.filius.C.fam.erci.Sed si ille filius non erat aduocatus,vel doctor, sed scholaris,
e tunc si quidem e compleuit studium ante patris mortem,& sic incipit quasi militare,tunc illi libri efficiuntur tanquam castrense peculium,& confirmatur donatio,arg.C.de don.l.siue emancipatis.ĵ.de dona.l.donationes.§.pater.& tunc similiter non venirent in collationem, vt hac l.cum sim. Si verò pater est mortuus antequam compleret studium,vel adipisceretur militiam, tunc non potest dici quasi castrense peculium, quia qualitas per-

sonę

ADDITIONES.

a alex.¶Quæro.Vide de istis omnib.q.positam hic per Bar.& Bal.in l.omnimodo.§.j.C. inoff.test.& in l.filiæ,& in l.filium,C.fam.erc.

b barb.¶Sed dic.Et vide bar.in cons.inci.viso instrumento.vbi bar.loquitur de ista coll.& vide de istis libris bal.in auth.ex testō.C.de coll.& in l.donatione,C.e.&in l.cum duob. §.si fratres,pro soc.vbi singulariter limitat hanc communem doctri.nisi resultaret magna inæqualitas inter fratres,quia tūc deberet communicare.Vide in apostil.suis, quia ita nunc consulo Mutinæ.

Io.Fr.Ru.¶Adde in hac q.ale.in l.si donatione.C.e.tit.& Ias.in l.filiæ licet.C.e.vbi dicit doctri.bar.hic teneri communiter,limitando aliquibus modis,& ibi quid de licētiato.

c Poma.¶ Vlterius.Vide ale.cons.142.in 2.vol.Raph.Cu.28.vbi ponit,quòd etiam in vestib.& cons.40.in 2.vol.ant.de but.cons.39.in 4.dub.Rom.cons.145.

d Alexan.¶Conferendi fratrib.an libri empti per patrem filio in studio veniant ad collationem,habetur per bal.in l.j.s̄.sol.ma.Quid autem si pater legasset expensas factas in studio filio suo,quid veniat? vide bar.in l.quib.§.j.de cond.& dem.& in q.bart.hic,vide Io.an.in nouella.de sum.trin.in c.j.in ver.ea,quæ patri.vbi videtur tenere,ꝙ veniāt cōferendi.& ad hoc vide quæ no.bar.in l.quæ doris,s̄.so.mat.& in l.si donatione.C.de coll. adde bal.cons.214.j.lib.Rom.cons.115.& cons.478.Pau.de Cas.cons.174.

e alex.¶Tunc si quidem.ista limita in casu no.de quo per bar.in l.Caio.in princ.s̄.de ali.leg.adde bal.referentem Nico.de mat.formaliter idē tenere in l.si donatione,C.de coll. & adde similiter,ꝙomnia data ab ascendente pro arte adipiscenda,intelliguntur animo donandi data,vt probatur in d.l.quę pater,s̄.fam.erci.Censetur.n.pro alimentis datum, l.Stichus liber.& ibi no.de leg.3.ergo videtur donatum,l.alimenta,C.de no.ge.&no.Pa de Cast.in l.quæ dotis,sol.ma.

sonæ hoc non patitur,quia non habet aliquam ex illis dignitatibus,quæ ponuntur in l.fi.C.de inof.test.l3.n.reperiamus,†φ do-
3 ctores possunt habere peculium quasi castrense,& etiam aduoca a
ti,tamen in scholaribus hoc non reperitur,ᵃnec debent gaudere
eodem priuilegio,quo magistri.l.j.C.de excus.art.li.x.Facit quod
no.C.de iur.om.iud.l.fi.Et ideo isto casu debemus dicere,sicut de
alia simplici donatione,quia si morte patris confirmatur,non venit in collationem,vt dictis legibus,& specialiter hoc fauore studentium,arg.l.quæ pater.la 2.s̄.fam.ercis.Contra id,quod dixi,φ
b non gaudent eodem priuilegioᵇ scholares,quo magistri,videtur
l.legatis.§.ornatricibus.s̄.de le.3.sed ibi dicam.Et sic vides, quòd
non est verum,quòd semper non veniant conferendi tanquam
4 castrense.¶Vltimò op.ad versic.sed ad id.Hic dicitur,†quòd datum à patre nomine dignitatis filij non confertur:Contrà,C.eo.
tit.l.illud.& de inof.testa.l.omnimodo.§.imputari.gl.quæ est hic,
nititur soluere duobus modis,& vtroque bene.¶Primò hic loquitur de dignitate,quæ ad hæredes non transit,ibi in ea, quæ ad
heredes trāsit.Vel aliter, ista intelligitur secundum illam, quòd
non confertur totum,sed quantum valet tempore mortis,deducto onere dignitatis.¶Pro declaratione vos debetis scire,ᶜquòd
c circa hoc habemus plura iura , quæ loquuntur de dignitate, vel
militia,quæ emitur,vel relinquitur:ideo est sciendum, Quandoque militia, seu dignitas merè ad personam refertur,vt talis est
miles,talis est doctor,& de ista non loquitur hic:sed in l.j.j̄. de re
milit.& in toto tit.& j̄.de bon.pos.ex testa.mili.l.j. Quandoque
refertur ad res,ad quas,vel super quibus aliquis militat. Et istud
est,quod dicimus , Aliquis habet duas, vel tres militias,hoc est,
duas præbendas,vel aliquod exercitium,ex quo sumitur lucrum
vt s̄.de leg.2.l.Lucius,j.& s̄.de le.3.l.fideicōmissa.§.si seruo.& l.patronus.in prin.& l.pe.in fi.e.ti.C.de inof.testa.l.omnimodo.§.imputari.& C.e.ti.l.illud.& l.fi.C.de pig. Ponam vobis exempla,ꝓut
potest adaptari ad vsum modernorum. Isto secundo modo sumendo loquitur materia nostra. Dico ergo, quòd quædam est
militia,quæ non potest vendi,nec ad hæredem transmitti,vt puta,pater expendit , vt filius haberet præbendam ecclesiasticam,
vel episcopatum : certe hoc in collationem non venit, nec in
quartam cōputatur,d.l.omnimodo.§.imputari.& ita potest loq.
hic tex.Pro hoc facit,quia videtur peculium quasi castrense, l.sacros.& ibi tex.qui non corrigitur.C.de episc.& cle.& arg.j̄.ea.l.§.
si impuberi.Idem si pater expendit in filio,vt eum faceret doctorem.Cum.n.dignitas non possit vendi,nec ad hæredem transmitti,illa pecunia non venit in collationem, vt hic. Et ratio potest
esse duplex. Primo,quia per collationem fit translatio in alium,
d sed ista,quæ cohærent personæ,ᵈnon possunt in alium transferri.Præterea istæ dignitates non videntur principaliter respicere
commodum pecuniarium,ergo cessat collatio,arg.l.planè.2.§.fi.
s̄.de le.j.¶Quædam est militia,quæ potest vendi,non tamē ad hęredes transmitti.pone casum in terminis.In ciuitate ista erat consuetudo,quòd custodia carceris vēderetur,& iste custos accipiebat certam quantitatem à quolibet carcerato,& illa militia poterat vendi alteri,non ad hæredem transmitti.Item vidi vendi alicui barattariam,& ex hoc emptor lucratur certam quantitatem.
Item pone,φ venditur hic pondus Flor.Item venditur statera.&
ista militia potest vendi secūdum consuetudinem ciuitatis,& talis militia computatur in quartam,& venit in collationem hoc
modo,non φ æstimetur,quantū constitit patri pro filio,sed quāti illa militia vendi possit tempore mortis patris deducto onere
militiæ,l.omnimodo.in fi.C.de inof.test.& l.illud.C.eodem.& de
hac etiam loquitur l.vltima.C.de pigno.vsque enim ad quantitatem oneris ista dignitas non confertur,vt hac l.secundum gl.Et
5 hoc tene menti ad quæstionem,quam vidi de facto.†Consueuit
esse q.si filius lucratur aliquid cum pecunia paterna,an illud debeat conferri cum fratrib.Gl.in l.cum oportet.in princ.in verbo,
ex eius.C.de bonis,quæ lib.dicit,quod sic,quasi sit profectitium,
& idem Spe.in tit.de iudiciis.§.sequitur.ver.vt autem.& in tit.de
actore.§.primo.ver.item cum agit.& omnes sic communiter per
transeunt.Ego de facto consului sic:Si quidem filius est lucratus
cum pecunia paterna sine aliquo onere suo,vel sine opere suo,
& tunc est profectitium.& ita loquitur opi.prædictorū doct.Sedᵉ
si lucratur cum pecunia paterna,& opere suo,tunc dic,φ illud lucrum,quod attribuitur pecuniæ tanquam profectitium, debeat
communicari.ita loquitur gl.d.l.cum oportet,sed id,quod attribuitur personæ non communicatur,quia est aduentitium,l.cum
oportet.in princ.& Instit.per quas personas no.acqu.& communis consuetudo est,φ medietas lucri detur personæ,alia pecuniæ.
Ad hoc facit C.pro socio.l.j.& ponitur ibi,& no.¶ Quædam est
6 † alia militia,quæ potest ad hæredes transmitti,non autem vendi.Exemplum in feudo,quod transmittitur ad hæredes filios,nō
autem potest vendi.Isto casu videtur dicendum idem φ talis militia quæsita à patre filio venit conferenda,& cōputatur in quartam,l.omnimodo.in fin.C.de inoffi.testa.vbi tex.alternatiuè loquitur,si potest vendi,vel ad hæredes transmitti.Et hoc ibi tenet
Gul.de Cu. Quod ēt intelligo esse verum qñ pater q̄siuit feudū
filio in vita ipsius patris,ᵉita φfilius incepisset habere illud feudū
viuo patre,sed si q̄siuisset sibi,& filiis suis,& sic filij inciperēt hr̄e
post mortem patris,& tunc non ꝯfert,quia qđ post mortē patris
q̄rit nō ꝯfert,vt j̄.ea.l.§.ab ipso.& j̄.l.,pxi.ver.diuersum.Et eo modo dico in emphyteuticis reb.si pater acquirit emphyteusim cū
pecunia sua ꝓ se,& filijs suis,vnde incepit esse filiorū post mortē patris,& n̄ venit in collationē.Dices tu,Illud vr̄ contra l.2.§ id
quoq; j̄.e.vbi licèt quæratur post mortem patris,si tamen sit ex
contractu,venit in collationē:secus si ex vltima voluntate. Rñ.
non credatis,φ ibi tex.voluit facere istam rationem, sed vult dicere,φ si quæritur ex causa,quæ fingat retro quæsitū in vita patris,vt ex ꝯtu conditionali,ex quo fingitur retro filio quæsitū,
tunc confert.Aut ex causa,qua sibi retro non fingitur q̄situm,&
tunc non confert.Sed emphyteusis non quæritur ex causa, quæ
retrotrahiť,ideo cessat collatio.Præterea in emphyteusi est alia
ratio,quàm in feudo,quia in feudo est quoddam exercitium personæ,quod non est in emphyteusi, vt j̄. dicam.Item est quædam
alia militia,quæ potest vendi,& ad hæredes transmitti.Pone exēplum in militijs,quæ venduntur in ciuitatib.vt militia carcerum
vendiť alicui pro se,& suis hæredibus. Ista sine dubio computať
in quartam,& in collationem venit,d.l.omnimodo. in fin. C. de
inoffi.test.& l.illud.C.eod.Et intelligas,φ confertur eo mō,quo
dixi,facta æstimatione eius,quod valebat tempore mortis, onere deducto.De his tangitur per Guli.in d.l.omnimodo. ¶ † Sed
7 quæro,quid de eo,quod filius lucratur in vita patris ex reditu dictæ militiæ,an hoc conferat?Videtur,quòd sic, qa illud lucrum
potest vendi,& ad hæredē trāsmitti,arg.l.defuncta.s̄.de vsufruct.
Certè crederem,φ illud,qđ filius lucratur deducta æstimatione
oneris personæ suæ,φ tāquam profectitium veniat cōferendū,
f per ea,quæ dixi s̄.¶Quæro,ᶠhic loquitur de his,quæ pr̄ dat causa
8 militiæ: pone,†φ pater dat pecuniam filio causa studij,an hoc imputabitur in quartam,vel veniat conferendum,vel non?Dices tu,
de hoc est casus in l.quæ pater.s̄.fam.ercisc.vbi dicitur,φ non.Et
pro hoc est iste tex.quia est datum causa acquirendæ dignitatis.
Bn̄ puto hoc sic intelligendum , quando apud patrē non erat aliquid qđ esset proprium filij:sed si apud patrem esset pecunia castrensis peculij, vel quasi, vel aduētitia,vt bona materna existentia in pecunia,tunc in dubio dēt intelligi illa pecunia ipsius filij,
seu ipsi filio debita missa.arg.l.Nesennius.s̄.de neg.gest. Præterea
pr̄ est legitimus administrator aduentitiorum,& ideo præsumitur in dubio facere administratorio nomine,l.cum post.§.j.s̄.de
adm.tut.& l.post mortem.§.tutor.s̄.qñ ex facto tu.& ibi no.Nec
obst.l.fi.C.de dot.promis.qa illud ī dote,& donatione propter
nuptias,quod onus pertinebat ad patrem,& ad hoc poterat cogi,l.qui libertos.s̄.de ri.nup.Sed ad istas expensas pater cogi nō
poterat,ideo in dubio pręsumo de bonis filij.Et ad hoc facit,qđ
no.in d.l.fi.C.de dot.promis.& videtur casus expressus s̄.de peti.
9 hære.l.fin.quod tene menti.¶†Vlterius quæro,pone φ pater
g pro filio accipiente vxorem fecit expensas in nuptiis,& vestimētis

ADDITIONES.

a Alex.¶Non reperitur.an scholares possint habere peculium quasi castrēse,vide Ang. in l.j.sol.matrim.qui inclinat in contrarium,& ibi imo.in l.fi.& bar.in l.donatione.in fi.de colla.

b Alex.¶Eodem priuilegio. an concessa doctoribus intelligantur concessa scholaribus. vide Bar.in l.j.supra,so.mat.adde ab.in proœ.decretalium.& ibi Feli.

c ¶Debetis scire.Vide Bar.plenè in d.l.omnimodo.§.j.& ī l.si donatione.in vers.& quia. C.de colla.

d Alex.¶Cohęrent personæ.Expensa doctoratus facta per patrem non confertur.adde bal.in auth.ex testamento.C.de colla.Quid autem si pater dedit filio partem suam,& illam lusit,an teneatur iterum?baldus,quod sic,in auth.si captiui.de episco.& clericis. Facit quod dicit in dote,in l.si constante.§.2.soluto matr.& per baldum in l.scimus.in princi. de inoffi.test. vbi tenet contrarium,& in l.filiæ.C.fami.ercis.vbi cōsueuit esse quæstio,si filius,&c.an quod filius lucratur de pecunia patris , veniat conferendum? vide bar.& bal.in l.cum oportet.de bo.quæ libe.& baldum in authenti.ex testamento. C.de col.& in l.certum.C.fami erc.& in l.si patruus.C.communi. vtriusq.iud.& vide omnino Bal.in l.omnimodo.§ j.C.de inof.test.& bartolum in d.l.certum,& in tracta. de duob.fratri.adde Ro.consi.459.ang.consi.112.

e Alex.¶In vita ipsius patris.an feuda in emphyteusim conferantur , vide bal.in d.l.cū oportet.§.j.& j̄.eo.§.

f Alex.¶Quæro,an pecunia,quam dat pater filio causa studij,imputetur filio in quartā, adde Bal.in auth.ex testamēto.C.de colla.& vide s̄.proxi.adde tamē,quod si filius per prædictas expensas renunciasset hæreditati patris,licèt renunciatio non teneat,tamē computaretur in legitimam,quia ita videtur tacitè actum,secundum baldum in dic.l. pacto.C.de collation. & an teneat donatio facta filio causa studij,vide angel.in l.j.in fine.s̄.sol. mat.

g alex.¶Vlterius quæro.an expensæ factę per patrem pro vxore filij in ornamentis,& aliis,debeant imputari filio in eius portionem,per Bal.in dicta l.omnimodo §.j. l.c. cum bartolo transit bal.in l.filię.C.fam. erc.& vide quę dixi post Bartolum ī d.l.3.§. fi.j̄.de mun.& hon. & Bal.in d.auth.ex testamēto,& in l.fi.C.de bon.quę libe.Quid aūt si pater expendit in rebus aduentitiis peculij sui,in quo habet vsumfructum,an fratres poterunt expensas imputare tempore diuisionis, vide no.per Bart.in tract.duor. fratrum.in ver.Quinto quæro,pater expendit,dic,vt ibi:quē sequitur bal.in l. filię.C. fam.erci.& in ver.quęro,pater.Quid si filius surripuit pecuniam patri,& lusit?item quid si pater obligauit se pro vno filio,an totum debet solui de parte illius filij.

tis,& ornamentis,& similibus,moritur pater,alter frater vult,ꝙ
pro se fiant de communi similes expensæ,vel ꝙ illi panni,vel illa
ornamenta veniāt in collationem,quid iuris? Dico circa primū
de expensis nuptiarum,ꝙ alter frater dēt facere de suo proprio,
non de communi,nisi à patre aliud dictum fuerit in testamento,
l.3.§.fin.ꝭ.de mune.& hon.vbi glo.tangit hanc q. Circa secundū
a de vestib.ᵃ & alijs ornamentis dic, aut loquimur de vestibus vili-
bus,& alijs illi dominæ necessarijs ad vsum quotidianum , & illæ
non sunt cōferendæ,& sunt propriæ illius mulieris , & ab initio
in illis tenuit donatio inter socerum,& nurū,l.ex annuo.in pri.s.
de dona.inter virum,& s.ad l.Falci.l.si vsusfructus.§.fin. cum sua
glo.& l.peculium nascitur.s.de pecu.Si loquimur de vestibus, &
alijs ornamentis pretiosis,& festiuis,tūc talia,qualia sunt,veniūt
in diuisionem,nā remanserūt soceri,l.mortis suæ causa.§.fi. s de
dona.inter virum,& vxo.& supra,de pec.l.id vestimentum.vbi vr
probari ista distinctio,Nec potest dici,quòd morte soceri dona
tio sit cōfirmata,quia non fuerūt dictæ res donatæ , sed ad vsum
10 traditæ,d.l.mortis suæ causa.in fin.Et ideo puto,†quòd licèt ex
vsu cōmuni loquēdi,qui est,qñ maritus desponsat vxorē, & mit
tit zonā cum bursa,& dicitur,talis donauit vxori suæ zonam;sed
b tñ dico,ᵇ ꝙ non propriè donat,sed magis ad vsum dat, vt hone-
stius ad eum accedat,d.l.mortis suæ causa.in fin.In proposita ta-
men quæstio.licèt socer voluerit donare,tamen morte non pos
set confirmari constāte matrimonio, l. cum hic status.§. oratio.
& §.seq.supra,de dō.inter virum,& vxo. Facit ad prædicta l. pe.§.
11 j.sol.matrimo.& quod ibi dixi.¶Dicitur hic,†quòd quando pa
ter dat causa dignitatis: quæro, quid si pater det filio suo,exce-
ptis dictis causis,vtrum hoc veniat in collationem? Dic,quan-
doque pater dat filijs ob causam aliquam,ad quam pater teneba
tur , & poterat cogi , vt propter dotem,& donationem propter
nuptias,& istud sine dubio confert,vt infra,titu.proximo.& per
totum,& C.eo.l.filiæ.& l.illam. & multis legibus illius titul. Ra-
tio,quia cum pater ex quadam necessitate dat,videt velle, quòd
conferat.Item quia filio potest quæri hoc in vita patris, l. Pom-
ponius Philadelphus.suprà,fam.ercis.& per hoc confert.Quan-
doque pater dat filio ex causa militiæ,de qua dictum est suprà,&
istud similiter venit in collationem secundum eum modū , quē
buistis. Ratio , quia pater videtur ad hoc teneri ex quadam ne-
cessitate naturæ acquirere dignitatem filio,vt in Auth.consti. q
de dignitatibus.Sed melior ratio,quia hoc potest quæri filio in
vita patris,& ideo feuda, & emphyteusis, in quib.nullum esset
personæ exercitium,vel quæ filio in vita patris non quærerētur:
non venirent in collationem,secundum ea,quæ supra dixi.Ter
tiò dat quandoque pater filio propter merita filij præcedentia
circa patrem,tunc glo.sunt contrariẹ.Quædam est C.eo.l.si do-
natione.quę videtur dicere,quod talis donatio tunc non valet
& iudicetur de ea,sicut de alia simplici donatione.Quædam est
C.de inoffic.testam.auth.vnde si parens.quæ dicit,quòd statim
valet,& illa vera.Cum enim dat pater filio propter merita,pro-
pter quæ tantū quilibet extraneus habuisset,tunc videtur quæ-
rere filius ex persona,seu opera sua,& est aduentitium,non pro
fectitium,quod hodie filio potest quæri,& hoc no.in d.auth.vn
de si parens,& hoc tenent Gul.& Iaco.Butrig.tamen non puto,
quòd sufficit dici in instrumēto, pater donauit filio propter p̄
cedentia merita,nisi hoc probaretur,argu.l.si forte.ꝭ.de castrē.
pecu.& l.is qui in potestate.§.pen.supra ti.j.& facit quod not.in
d.l.si donatione. Quādoq; dat pater occasione condemnatio-
nis factæ pro filio.De hoc dic,vt dixi in l.Stichus.supra de pecu.
c leg.Qñq;.dat pater filio,vt habeat in peculium profectitium,ᶜ
& tunc sine dubio debet cōferri,quia remanet patris,l.certū.C.
fami.erci.Qñq;.dat pater filio simpliciter sine aliqua cā aīo do-
nandi,& hoc constat,isto casu an simplex donatio veniat cōfe-
renda,vel non,sunt opi.in glo.in auth.ex testō.C.eo. ti.quam q.
Dy.disputauit,& eius disputatiōnē refert Cy.in d.auth.ex testō.
cuius relatione sum cōtēt⁹.Finaliter de iure dico tenēdū sic eē,
Aut pr̄ donat filio emancipato,& tunc talis donatio venit in
collationē,l.vt liberis.in fi.C.eo.Rō,qa in vita pr̄is donatio va-
d let,ᵈ & q̄sita fuit filio,& sic venit in collationem.Nec dicat aliqs,
ꝙ id,quod pr̄ dat filio in p̄miū emācipationis,sm cōmunē vsum
loquēdi dicat ob cām datio,inmo est donatio sine cā,qa magis
fili⁹ pr̄i,q eū liberauit à patria ptāte,debebat dare,q̄ pr̄ filio.Si
vero donat filio in ptāte,donatio ab initio non valet p l.antep.
C.de dō.inter vir.vxo.& C.d ino.do.l.2.& tūc dic,si qdē talis do
natio cōfirmatur in vita patris,quia pr̄ emācipauit filiū, idem,
quia venit in collationem eadem rōne,qua supra.arg.pro hoc
C.de colla.l.si emancipati.& ꝭ.de dona.l.donationes.§.pr̄.cōiū
cta.l.vt liberis.in fi.C.eo.ti.Si vero confirmatur donatio morte
patris,tunc assumit vires legatorum,l.in donatione.C.ad l.Fal.
& incipit quæri filio post mortem.ideo nō venit in collationē,
l.à patre & l.eadem.ꝭ.C.eo.& ꝭ.ea.l.§.si ab ipso.Fallit in tribus.
casibus.¶Primus,si emergeret inæqualitas,vt l.pen.§.fi.C.eo.tit.
Secundò fallit,si pater hoc expressè dixisset in donando,arg.l.si
quando.§.& generaliter.C.de inof.test.item fallit, si pater dedis-
set,vt haberet in peculium profectitium,vt dixi s.& ista est deter-
minatio,quæ est de mente Dy.quam tene.Sed contra prædicta fa
cit C.de coll.l.illud.§.pe.in eo quod dicit,donata à matre simpli-
citer non venire in collationem,nisi quando emergeret inæqua
litas:& tamen constat,ꝙ donatio facta à matre statim valet:ergo
id, quod s. dictum est de filio emancipato, non videtur bene di-
ctum. Resp.aliud in filio emancipato,aliud in eo,qui nunquam
fuit,nec esse potuit in potestate. Ratio est,quia de iure antiquo
non reperiebatur,ꝙ tales successores deberent concurrere, vn-
de satisfecit lex,si eos grauauit conferre data ob causam,& dona
tionem simplicem in casu,s.ne emergat inæqualitas:sed filius e-
mancipatus de iure antiquo conferebat omnia,ideo indistinctè
grauatur in simplici donatione,d.l.vt liberis.& sic debet determi
nari dicta distinctio,quam s.e.dixi.Licèt autem dixerim donatio
nem simplicem factam emancipato debere conferri, non tamē
computatur in quartam,nisi sit dictum,vt d.l.si quando.§.& gene
raliter.pro hoc d.l.illud.§.hæc autem.eo.ti.Quandoque pater dat
filio simpliciter,nec apparet,vtrum animo donandi,vel vt sit pe
culium profectitium,vel propter merita eius,tunc quæritur,qd
in dubio?Et hic est aduertendum,Aut præcesserunt merita filij,
& propter merita videtur datum, l. si donatione.C.eo.Aut non
præcesserunt,vt hic.Dic,aut pater nomine filij emit,& sibi tradi
dit,& tunc præsumitur animus donandi,l.filiæ.C.fam.ercis.& l.2.
C.si quis alteri, vel sibi.& dixi s.in q.de libris. Aut tradidit tantū,
non autem emit nomine filij,& in dubio videtur tradidisse,vt ha
beat in peculium profectitium,l.fi.s.de pe.leg.& l. quod fructua-
rius.ꝭ.de acq. re. do. nisi essent aliqua indicia, ex quibus apparet
cōtrarium,vt quia dedit filio eunti in castra,l.j.C.de castr.pec.li.12.
Quando que emit nomine filij tantum,non tamen tradidit,tunc
videtur emisse,vt habeat in peculio profectitio,l.fi.s.de pec.leg.
Quandoque pater non emit pro filio, nec tradidit sibi,sed fecit
filium recipere aliquam promissionem,tunc an videatur fieri ani
mo donandi,dixi in l.si pater.in prin.ꝭ.de don.¶Venio ad ver.sed
si adhuc.Dicitur hic,ꝙ id,quod debetur per patrem,non est onus
12 illius filij tantum,sed commune.Quæro,Pater†cœpit expende
re pro filio in studio,vtrum patre mortuo debeat studium perfi-
ci de communi inuitis fratrib.Videtur,ꝙ sic,quia & munera cœp
ta debent perfici de communi,licèt non possint noua inchoari,l.
si filia.aliàs est,si vni.§.idem scribit.s.fam.erc.& in hoc vers. sed si
adhuc.& no.per gl.in l.& qui originem.§.fi.& ꝭ.de mun.& hon.&
ꝭ.ad mun.l.Lucius.§.idem respondi.& ibi hoc videtur tenere Dy.
Pro hoc facit,quia hæres mandatarij tutoris,& socij tenetur ex-
pedire negotia cœpta,l.hr̄s socij.§.pro soc.& de hær.tu.l.j.& l.fur
ti.§.fin.s.de his,qui not.infam.Contrarium credo salua reueren-
tia

ADDITIONES.

a Poma.¶Circa secundum de vestibus. Vide per Fel.in c.iurauit,ad fi.de prob.Anto.But.
cons.37.vbi etiam tangit de 2.q.Bar.& vide Ro.cons.146.

b Poma.¶Sed tamen dico.adde,ꝙ ideo hæredibus viri restituitur,per anch.cons.18.inci.
prædicto dubio.

c Alex.¶Peculium profectitium.Et ad materiam huius §.maximè circa iocalia data vxo-
ri,vide quę no.Bar.in l.si vt certo,§.interdum,s.commo.Et istis dictis hic,& per bart.
in dictis locis,adde limitando secundum Pet.de Peru.in l.pe.§.j.so.mat.Quid si contra-
ctis sponsalib.de futuro per patrem,vel sponsum mittuntur dona,& iocalia,puta cosa-
nellum,bursæ,& perlæ,demum contracto matrimonio cum carnali copula maritus de
cessit,quidam dicunt,ꝙ est donatio,ideo quæruntur mulieri.Nam donatio præsumitur
cum dicta iocalia mittit,& tradit mulieri,& idem si sponsus de futuro vadit ad domum
sponsæ de futuro,& subtrahit eam,donando sibi annulos,videatur donare.Item cū dat
aliqua,cum benedicuntur nuptiæ,l.cum te.vsque ad l.cum veterum,C.de do.ante nup.
& s.de do.inter vi.& vxo.l.cum hic status,§.si sponsus,& ita consuluit ipse,& pro casu
alleg.l.si præsidi,& l.si cum ante,C.de do.ante nup.vbi munera simpliciter data sponsæ
videntur donata,nec distinguitur,an sint pretiosa,vel non,& si dicatur,illæ leges loquū
tur de donationibus,quæ ponuntur in illo tit.rñ.secundum ipsum,ꝙ illæ loquūtur de
donatione vera,& etiam pręsumpta,quę pręsumitur,nisi cōtrarium probetur,vt in d.l.
si cum ante.Quidam dicunt,quòd ea,quę mittuntur,nō vr̄ donata,nisi sint parua,vel
nisi sit consuetudo donandi,vel nisi sit magna nobilitas viri,aliàs sponsi.Alij dicunt,ꝙ
quę mittit sponsus sponsæ,non vr̄ donare,si spōsa sit ea relatura ad domum viri,secus
consumptura,ꝭ.de fur.l.cum qui,§.pe.Nec ob.d.l.si cum ante,quia hic constabat,quòd
animo donandi tm̄ lex vult finalem causam intelligi,quam etiam sufficit momento ex
titisse,s.so.ma.l.fi.Item quę sunt pretiosa,& magni valoris non intelliguntur donari,
etiā si nuncius vtatur his verbis,talis tuus spōsus huiusmodi munera tibi donat.Primū
tamen plus placet secundum Pet.per prædicta,qui vult,vt intelligatur donatio,nisi con
suetudo habeat,quòd non inducatur donatio.Vnde Perusij mulier desponsata per ver
ba de futuro,vel p̄nti nō retinet,sed restituit hæredib.mariti ornamenta tradita per ma
ritum vxori,quia vr̄ remanere in domo viri,s.de au.& arg.le.l.si vxori,vbi videtur ca
sus.Quid dices de arredio,quod portat vxor in domo viri?Videtur,quòd remaneat in
domo vxoris,nec videtur vxor illud donare marito,ideo mortuo marito debet restitui
vxori,quia sicut ornamenta,quę maritus dat vxori,mortuo marito redduntur ab vxo-
re hæredibus,mariti,sic econtra arredium , quod dat vxor, debet reddi vxori mor-
tuo marito. Ita dicit dicere doc.in dict.l.pe.§.j.vbi dicit,quòd Barto.hic,& ibi debet
intelligi,quòd loquitur,si constante matrimonio ista traduntur vxori.& adde,quòd in
ista materia consuluit bar.& adde bal.in l.filiæ.C.fam.erc.ver.sequitur verba bar.hic,&
bal.in d.l.cum te,de do.ante nup.& in auth.ex testamento,C.de coll.adde bellissimè Ro.
cons.146.& quæ posui in d.l.in his,so.ma.Quid autem si tradita nurui per socerum fue-
rint pignorata per fratrem mariti,& pecunia in vtilitatem communem conuersa,si sunt
tradita,an nurus possit petere tradita,& quid si maritus pignorauit?Vide Ro.cons.172.

d Ale.¶Donatio valet.Adde bal.in l.quoniam nouella,C.de inof.testa.

tia Dy. Nam factum patris initiatũ erga filium eatenus obligat hæredes, quatenus pr̃ erat obligatus de necessitate, vt ĵ. de mun. & hon. l. & si filium. cõiuncta l. honores. §. is, qui. ĵ. de decur. Hoc mõ decurionatus est initium ad alias dignitates, vt d. §. is, qui. tamen sipr̃ cõsentit decurionatui, successores non tenerent de aliis munerib. post mortem, l. & si filiũ. præallegata. & l. Lucius. §. idem rñdi. ad Munici. ita in proposito, licèt pr̃ non tenebatur de necessitate prosequi, nõ tenebunt̃ hr̃des. a Præterea hoc probat
a expresse d. l. si filia. alias l. si vni. §. idem scribit. Nam eatenus cohæres tenetur, quatenus pr̃ erat obligatus, & sic erat æs alienũ. Hoc etiam probat iste vers. sed in qõne nostra pr̃ nõ poterat cogi ad prosecutionem studij, ergo, &c. vt sic sit eiusdem cõdõnis heres, cuius erat defunctus. l. hæredem. ĵ. de re. iu. Præterea aut dicis, fratres teneri ratiõe obligationis trãsfusæ in eos, & hoc est falsum, vt dixi. Aut vigore donationis confirmatæ, quę hẽt vim relicti. Hoc non p̃t dici, quia pro futuro tpe nõ est facta traditio, vel aliquid, quod pro traditione habeatur, & sic non p̃t confirmari morte. l. Papinianus. s̃. de don. inter vir. & vxo. & qd no. in l. qd de suo. C. de dote ca. non num. Fateor tñ, ꝙ si aliquod debitum occasiõe studij esset ꝯtractum, dũ tñ esset honestè, & licitè factum, ꝙ fratres tenentur soluere de communi tanquam æs alienum, per iura supra alleg. & l. sed Iulianus. §. pe. s̃. ad Maced. ita intellige materiam nostram pulchram, & subtilem.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Non tenebuntur hæredes. Et cum Bar. transit bal. in l. omnimodo. §. imputari, de inof. test. & l. filiæ. fam. erci. ibi tñ dicit, ꝙ poterũt cogi fratres emere libros ꝓ fratre suo, si de suo ꝓprio nõ põt, ꝓprietas tñ librorũ erit fratrũ, vt dixi i trac. de duob. fratribus. Et quid de expensa doctoratus, vide bal. in l. si societatem vniuersorum. per illum tex. s̃. pro soc. in lect. antiqua.

§. Qui ab hostibus. Quod quis hẽt post mortem pr̃is, verè venit in collationẽ, si retro habitum fingitur. h. d. Text. ibi, non fuisset, quia fingitur retro habuisse tempore mortis patris, si captus non fuisset.

§. Si emancipato. Quod quis hẽt tpe mortis patris, venit in collationem, secus in eo, quod queritur post mortem patris. h. d. cũ §. seq. ¶ Op. s̃. de cõd. & dem. l. hæres meus. vbi dicit, cum morietur, intelligitur, cum est in actu moriendi. Gl. quæ incipit, alioquin. rñdet hic, & optimè. Ex hac sol. apparet, ꝙ gl. quę est in prin. prox. §. si ab ipso. quæ dicit loqui istum §. in emancipato, & in suo, non bene dicit, quia loquitur in suo: quia si intelligeremus in emancipato, tunc illa verba, cum morietur, intelligerentur. i. cum est in actu moriendi, quia ista est propria significatio, nec per hoc redderetur legatum inutile, vt s̃. prox. §. & ibi no. in fi.

1 *Filius si est pro maleficio condemnatus, an de legitima debeat solui condemnatio.*

a §. Si impuberi. a Quę non trãsmittunt̃ ad heredem, nõ conferunt̃. h. d. Si quis vellet tractare materiam de quarta, q̃ debetur arrogato, resolueret totam materiã, l. si arrogator. s̃. de adop. sed non curo. Op. dr̃ hic, ꝙ non dẽt cauere de ꝯferendo: Cõtra, s̃. vt leg. no. ca. l. hæc stipulatio. & C. ad Treb. auth. ꝯ cũ rogatus. Rñdeo, ibi erat spes, ꝙ hr̃ditas deberetur ex vi gore fideicommissi p̃cedentis, licèt cõditionalis, & sic ibi voluntas defuncti p̃cessit: sed hic non ex voluntate defuncti inducitur, sed à lege, ideo ꝓpriè spes nõ dr̃, ideo cautio cessat. Facit ad hoc l. post emãcipationẽ. s̃. de lib. le. & qd ibi dixi. Itẽ op. ĵ. l. prox. §. id quoque: vbi interim non dẽtur. Dicit gl. aliud in legato, aliud in ista quarta. Nam ista quarta dẽtur vt ęs alienum. ¶ Quæro, si pa-
b ter b reliquit aliquid huic filio, an imputetur in quartam? Videtur, ꝙ non, l. creditorem. s̃. de le. 2. Gl. determinat ꝯrium. qa ita dũmum quarta debetur, si nõ est ei relictum tm̃ qd sufficiat ad quar-
c tam, vt in d. l. si arrogator. Vltimo facit iste §. ad q. c filius est † con-
1 demnatus pro maleficio, an pr̃ debet soluere ꝯdẽnationẽ d. legitima, q̃ dẽtur filio in bonis patris: Hic vr̃ tex. ꝙ nõ, qa in vita pr̃is nõ dẽt legitima separari, nec est eius spes viuo pr̃e, vt hic. An at filius hẽat aliquod ius in bonis patris viuo pr̃e: dic, vt dicit Dy. s̃.
d de lib. agno. l. pe. in fin. & ibi dixi. item de illa q. vtrũ pater d de legitima debeat soluere condẽnationem. ponit Spe. in ti. de exec. sententen. §. sequitur. versic. quid si filius. & ibi determinat, quod non.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Si impuberi. Habeo istum tex pro mirabili in pluribus, iuncta l. Papinianus. §. si quis impuberi. de inof. testa. quod facit ad multa statuta.
b Barb. ¶ Si pater. Et no. ꝙ de iure cõi pater inuitus non tenetur soluere legitimã filij pro cõdemnatione eius, & in hoc Sal. dicit hic, & facit istum tex. aureum quod est bene notandum pro contradicẽte, vt strictè intelligatur, quia est contra regulas iuris cõmunis.
c Pom. ¶ Ad q. Vide Alex. consi. 44. in j. volumi. Pan. consi. 43. in j. vol. & consi. 47. & consil. 65. in fi. eo. vo. Pau. de Cast. in auth. si qua mulier. C. de sa. sa. eccl. & in auth. nunc autem. C. de epis. & cle. ale. consi. pe. 5. vol. Pan. consi. 41. in 2. vol. & consi. 116. eo. vol. Felin. in ca. in præsentia. de proba. alex. in l. quia poterat. versi. sed raro. ff. ad Trebel.
d Ale. ¶ Pater. an pater teneatur soluere condẽnationem filij de legitima, & vide eundem Bar. in simili. & in materia. in l. Stichus. supra de pe. lega. & vide ad istã q. quæ no. bald. in l. si filius. in fi. C. de bo. præsc. & quæ scripsi post ang. in l. si filio. sol. mat. & vide bal. in l. omnimodo §. j. C. de inoffi. tex. & quæ dixi in l. Stichus. de pec. leg.

§. Si his qui. Quod quæritur post mortem, si retro quæsitum fingitur, venit in collationem. h. d. Opp. & videtur quod castrense peculium non veniat in collationem, vt supra ea. l. §. nec castrense. Sol. Morte filij desiit esse castrense, l. fin. C. de inof. testa. ideo venit in collationem. Querit gl. quare hic fecit mentionem de substituto, & non rñdet, sed dic, quod facti accidentiam, non iuris ministerium denotauit.

§. Portiones. Cõtra. s̃. ea. l. j. §. si ex dodrãte. Sol. vt ibi plene dixi.

LEX II.

Cum emancipati. Gl. ponit casum duobus modis. Primo modo in concepto in vita aui. Secundo modo in concepto post mortẽ aui, & istam secũdam tenet gl. & bene. Op. & videtur, quod nepos iste non succedat auo, l. j. §. si quis autem proximus. ĵ. vnde cog. Sol. Dicunt quidam, hic fuit conceptus in vita aui. non est vera: quia tunc posset venire ex ꝑsona sua, nec haberet necesse venire ex persona patris. Dic ergo, ꝙ hic fuit cõceptus post mortem aui. Ad contrarium rñ. ꝙ venit ex persona pr̃is, nõ sua, qa est de casibus in quib. bonorũ pos. ñ agnita trãsmittit̃, vt no. s̃. ti. 2. l. sed & si decesserit. Et ꝑ hoc dñt doc. ꝙ licèt nepos ꝯceptus post mortẽ aui non veniat ad successionẽ aui ex ꝑsona sua, tñ qa ex eqtate ti. C. de his, qui añ aper. tab. hr̃ditas patris ñ agnita trãsmittit̃: tunc nepos succedit ex persona pr̃is sui mortui. Ita dicit Cy. C. vñ li. l. q se pr̃is. & l. si qs filiũ. C. de inof. te. & Dy. in l. Gallus. s̃. de li. & posth. in distĩctione magna.

a §. Illud. Dicit Dy. per istum §. ego doceo illum, qui venit per contratab. committere magnam fraudem, a si promittat alicui suo amico magnam quantitatem pecunię, & ideo cum prius deducatur æs alienum, fraudabit in collatione, tamen hoc est contra conscientiam.

ADDITIO.

a alex. ¶ Magnam fraudem. Optima cautela, vt veniens per contratab, possit fraudare, facit quod no. in l. hæreditarium. de bo. auth. iu. poss.

§. De illis. Hic nihil habetis.

a §. Id quoque. a Hic possunt esse duæ rationes: vna, q a si stipulo condõnalis fuisset interposita, dum esset in potestate iste filius emancipatus, quæreret patri inspecto initio, non tpe existentis ꝯditionis: secus in legato, b vt l. si filius.
b ĵ. de ver. ob. l. quæ legata. infra de re. iu. & est ratio diuersitatis: vt ponit gl. in l. si vxor. C. de condi. inser. Sed ego assigno aliam rationem, quia in contractibus existentia conditionis retrotrahitur: secus in legatis, vt plenè dico in l. si filius. ĵ. de verbo. obliga.

ADDITIONES.

a alex. ¶ Quoque. Vide in l. fi. infrà, eo.
b alex. ¶ Legato. Vide bal. in l. ea demum. C. eo.

1 *Actio iniuriarum quando ad vindictam detur, & quando ad rei persecutionem quis cognoscat.*
2 *Actio popularis dicitur dari ad vindictam.*
3 *Actio iniuriarum, & actio popularis transmittitur ad hæredes post litem cõtestatam.*

a §. Emancipatus. a Quærit † glo. ad quid cognoscam,
1 vtrum actio detur ad vindictam, vel ad rei persecutionem? Dic, vt in glo. & optimè, & melius, quam dicat Dy. in l. 2. §. 1. infra vi bo. rap. & Cyn. in l. 1. C. quando ciui. ac. cri. præiu. Dixi in d. l. 2. §. 1. infra vi bon. rap. ¶ † Quærit gl. qd in po-
2 b pularib. actionibus? Gl. dicit idem, b quia est eadem ratio, quia videntur ibi dari ad vindictam. Vel dicit glo. secus, quia actio iniuriarum datur existenti in p̃tate. Sed certe actio popularis dat̃ ẽt filio in potestate, sicut actio iniuriarum, l. in factum. infra de ac. & ob. Vnde dico idem in actione populari, quod in actione in-
c iuriarum. ¶ Quæro c pro declaratione huius tex. † vtrum actio in-
3 iuriarum transmittatur ad hr̃des? Rñ. ꝙ actio iniuriarum ad hæredem non transmittitur, l. si eum. §. qui iniuriarum. supra si quis cau. Secus in actione furti, ergo cum ad hæredem non transmittitur, cessat collatio, vt supra l. proxi. §. si impuberi. Et eodẽ modo dic, vt in pupillari. Sed vnum est, quia actio iniuriarum ad hæredem transmittitur post litem contestatam, vt d. §. qui iniuriarũ. Itẽ actio pupillaris, & post litẽ ꝯtestatã est in bonis nr̃is, & trãsmittitur ad hæredem, & venit conferenda, l. si cui. s̃. de ver. sign.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Emancipatus. Vide Bar. in l. prætor. §. j. ĵ. de iniu. & est alia gl. in l. pro hærede. §. fi. in gl. fi. & ibi Imo. de acqui. hære.
Pom. ¶ Emancipatus. & pro gl. hic vide quæ notaui in tex.
b alex. ¶ Gl. dicit idem. Hanc gl. reputat Bal. sing. in l. rei iud. §. j. sol. ma. & ibi Imo. & ibi dixi post Bar.
c alex. ¶ Quæro. an actio iniuriarum transmittatur ad hæredem, & quid de aliis, vide p bar. in l. 1. §. pe. ff. de priu. deli. & bal. in l. j. C. ne ex deli. defun. an possit cedi, vide no. bal. in l. per diuersas. in 16. q. C. mand. & bar. in l. iniuriarum. de iniur.

§. Si tres. Opp. supra eodem. l. 1. §. si ex dodrante. Sola. vt ibi plene dixi.

§. Si emancipato. Dr̃ hic, ꝙ ꝯfert dimidiã bonorum suorũ. Contra, imo totũ, qd hẽt, vt s̃. ꝓxi. §. pe. Dñt quidã, ꝙ hic ꝯfert totũ: & dic, ꝙ hoc cõtingit ꝑ duas hr̃ditates. Et eodẽ mõ rñ. ad l. j. in fi. s̃. e. Vide gl. in ver. conferre debeat. q̃ incipit, sic ergo, & sic cõfert, & sic quinquaginta, de qb. retinet sibi 25. & sic virilẽ. Itẽ ibi, & sic fratri suo conferat quinquaginta, forma prædicta. Itẽ ibi, vt det minus, q̃ quartam, vt quinquaginta etiam accipiat, & sic dimidiam.

1 *Hæreditas ex statuto defertur agnatis, cum fœmina propter eos excluditur.*

§. Si duo fratres. No. q̃ñ alicui aufert hr̃ditas contemplatione alicuius, vr̃ illi hæreditas cõferri, cuius contemplatiõe aufertur. Quem tex. adde ad q. quam
a feci de statuto, quod dicit, † q̃ filia fœmina non succedat extanti
1 bus agnatis, quia cum contemplatione agnatorum filia repellatur, videtur illis agnatis hæreditas à statuto deferri, vt hic, q̃d tene menti. de qua q. dixi plenè in l. 2. §. fi. j̃. ad Tert.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Aufertur. Sed pone, dicit statutum, st extantibus masculis filia non succedat, & extat filius, & nepos ex alio filio. an pars huius fratris applicabitur filio, vel nepoti, dic, q̃ vtrique, secundum bal. in l. 1. C. de sec. nup. & vide de primo per bart. in l. seruo legato. §. 2. & ibi latè dixi, de le. j.

LEX III.

1 *Conditionis implendæ ius an transeat ad hæredem.*
2 *Verbum, remanere, quid significet.*

a Prætor. a † No. q̃ ius implẽdi ɔdõnẽ non transit ad hr̃dẽ ex
1 dispositione legis, vt hic, q̃ tene menti. idẽ videt in ɔ̃ctibus, vt plenissimè dixi in l. si decẽ cũ petiero. j̃. de verb. obl. in vltimis volũtatibus non est dubiũ, l. j. §. fin autẽ. C. de cadu. tol. & s̃. de condi. & demonſ. quasi per totum. Opp. gl. de l. si soror. C. e. Dicit glo. duplex hẽt remediũ, vnũ, q̃ si possidet, remaneat apud eum. si nõ possidet, consulatur ei officio iudicis. Et bñ dicit, licèt de hoc sint op. in d. l. si soror. qd̃ dic, vt ibi per gl. & Cy. Vide hic gl. in verb. remaneat. quę incipit, si possideat, ibi, in l. si me in vacuã. dic, vt ibi, & d. §. si à furioso. Sol. vt ibi in gl. item ibi, §. habet. dic, vt ibi per Dyn. Vel dic, q̃ hic ex neutra parte intelligitur conditio,
2 ibi ex vtraque. Vltimò no. † de significatione huius verbi, remanere, quia põt habere significationem directam vt si possidet, remaneat. item significationem obliquam, vt si non possidet petat sibi restitui, vt hic habes, & concor. C. de donat. ante nupti. l. si cum ante. curiosius dicam in materia compendiosę.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Prætor. Dixi post Imo. in d. l. si decem.

§. Quoties. De hoc qualiter emancipati inter se, & sui inter se hodie conferant. dicam j̃. de col. do. l. si pater filium.

§. Emancipatus. Dicitur hic, q̃ est tutus ipso iure, ɔ̃ imò stipulatio valet, licet obstet exceptio, l. qui sine. de condi. sine cauſ. dicunt quidam, quod est tutus ipso iure. ſ. exceptione qua iure ciuili tuetur, & est bona sol. Per hoc apparet responsum: quę est ratio q̃ promissio ipso iure non valet, sed dñium ipso iure transit? Dicũt quidã, q̃ stipulatio est de iure ciuili, dñium de iure gentium, sed dic, q̃ eodem mõ valet stipulatio, quo dñium transit: sed ɔ̃ agentem ex stipulatu datur exceptio, & contra retinentem dñium datur ɔdictio.

LEX IIII.

Filium. No. q̃ dos profectitia non dr̃ esse in bonis patris, vt hic: quod tene menti. Quæro circa hanc l. vtrum qd̃ hic dicitur, nõ dẽt dos conferri, sit verum, siue matrimoniũ sit solutum, siue extat. Respon. matrimonio constante loquitur lex ista indubitãter, sed matrimonio soluto, & dote ad ipsum reuersa debet dos conferri secundum distinctionem, quam dicã j̃. eod. l. dotem dedit. Sed si hoc est verum, quare non confertur ista dos per cautionem, vt caueat de conferendo dotem, sicut ɔfert alia debita conditionalia, vt s̃. eo. l. 2. §. id quoque? Respond. quia expectare illam conditionem, q̃ filia ꝑdecedat patri, est triste, l. cum tale. in prin. & §. j. s̃. de condi. & demon. & ideo talis cõditio non interponitur. Facit ad ista l. inter stipulantem. §. sacrã. j̃. de verb. obli. & quod habuistis s̃. de contratab. l. illud. §. fi.

LEX V.

Si quis. Si nepos in potestate retẽtus veniat ad successionẽ patris emancipati, auus pro eo cogitur cõferre, nisi eum bona fide emancipet. h. d. & est ista l. aliquantulum subtilis præcipuè in casus positione. Dr̃ hic, q̃ filia non põt cõqueri, q̃ a succedit auo ab intestato cũ fratre: q̃ro, qd ad ꝓpositũ, nonne fratre nõ emãcipato neptis cũ fratre succedebat æqualiter? Rñ. an̄ emãcipationẽ succederet ęqualr̃ de iure ꝓtorio, sed de iure ciuili suus in totũ succederet. Præterea isto casu ista filia nata post emancipationẽ dẽt ɔferre omnia bona sua: nũc vero post emancipationẽ illius nepotis nõ ɔfert. qa emancipati inter se nõ ɔferũt, l. j. in fi. & l. ꝓtor. §. quoties. s̃. e. & in hoc ꝓdest emãcipatio fratris isti nepoti. Dr̃ hic. q̃ istarõ nõ est in adoptiuo, & tñ est idem ius, nõne hoc est ɔ̃ l. illud. ad l. Aquil & l. à Titio. de verb. obl. voi dr̃, q̃ vbi est eadẽ rõ, & idẽ ius? Rñ. nõ est eadẽ, sed maior, qa filio adoptiuo emãcipato nullo mõ succedit pr̃ adoptiuus. Vide glo. q̃ incipit, imò maior. itẽ vide gl. q̃ incipit, nota, q̃ vbi. Solu. patet supra proximè. Videte, nõ credo istã gl. q̃ incipit, imò maior, posse adaptari ad tex. qa fm hãc gl. esset dicendum, q̃ iste filius adoptiuus esset filius filij emancipati, de cuius successione minimè quæritur: sed si hoc esset post emãcipationẽ, iuxã illa remanerent, & iste nepos succederet æqualr̃ cũ filia nata post emancipationẽ, l. 3. §. 2. & 3. s̃. de ɔ̃tab. & hæc est vera, intelligẽdo ꝓpriè tex. vt iacet in patre adoptiuo, sed volendo sustinere glo. q̃ ibi maior rõ, haberemus dicere, q̃ adoptauit penitus extraneum in locũ neptis ex filio emancipato: sed non credo, q̃ iste tex. haberet istũ respectum, sed habuit respectum ad filium adoptiuum simpliciter, vt habuistis. s̃. eo. l. j. §. is quoq;. Ad id, quod dicit. vbi est eadẽ
a ratio. Respondeo, q̃ est alia ratio non huic contraria, sed diuersa, per quam debet esse idem ius vt habuistis s̃. e. l. j. §. is quoque.

ADDITIO.

a alex. ¶ Respon. aliter soluunt bal. & l. imo. l. si cum dotem. in prin. solu. mat.

LEX VI.

1 *Auus tenetur dotare neptem, & officio iudicis cogitur. nu. 4.*
2 *Dos data per auum nepti an ad ipsum, an ad patrem, & sic filium reuertatur.*
3 *Auus maternus non cogitur dotare neptem.*
5 *Frater an teneatur dotare sororem, remissiue.*

a Dedit dotem. a Si auus dat dotẽ pro nepte b ex filio, i
b ius, qd hẽt auus in dote, succedit ille filius, siue institutus, siue exhæredatus. h. d. Nota casũ, quem tene mẽti, qa est certè sic, siue sit institutus siue exhdat⁹, vt sequit. No. tex. ibi, quippe officiũ aui. Ex hac l. nota primò, qd̃ dixi in sũmario. Secũdò no. † q̃ auus cogit̃ dotare neptẽ, vt hic, ibi, iõ au⁹ ꝓ
1 filium, * & c. Et nota, q̃ dicit dare, & ɔcors. de in rẽver. l. & iõ. §. fi.
* licèt gl. dicat malè. C. de dot. promiſ. l. vlt. ¶ Dr̃ hic, q̃ dos reuertitur ad patrem, nõ ad auum. Cõtra, C. de rei vxor. acti. §. videam⁹. sol. Hic decessit neptis post mortẽ aui: secus si eo viuẽte, vt in ɔ̃ rio. Itẽ opp. s̃. de iur. dot. l. auus. in gl. fiunt duæ solu. vna, ibi de rigore, hic de æquitate, Et hoc videtur probare tex. hic, dũ dicit, occurrit æquitas. Alij dicunt, q̃ hic, qñ dotauit neptem propter filium, & sic contemplatione filij, ibi vero ɔtẽplatione neptis. ista sol. in se satis est bona, tñ quantum ad hãc legem nõ est bo-
2 na, quia hæc lex loquitur in casu dubio: iõ distingue † tres casus.
c Quandoque auus dat dotẽ ꝓ nepte c cõtemplatione filij, & tũc à filio vr̃ profecta, iõ reuertit̃ ad eũ. l. profectitia. s̃. de iur. doti. & s̃. de vulg. & pup. substi. l. sed si plures. §. in arrogato. Aut dedit ɔ̃-
d platione neptis, & loquitur l. auus, de iur. dot. Aut est dubium d cuius contemplatione dedit, & præsumitur contemplatione filij, vt hic. & l. Quintus. §. fi. de ann. leg. fm iac. de Are. itẽ dr̃ hic, q̃
3 auus cogit̃ dotare neptem. Cõtrà. s̃. de neg. gest. l. Nesennius. sol. ibi loquitur in auia, idem in auo materno. Sicut. n. mater, ita nec auia, vl̃ auus maternus cogitur dotare, l. à filia. & ibi no. s̃. ad Tre. & ideo glo. in l. fi. C. de dot. promiſ. malè loquitur. Dr̃ hic quod non cogitur conferre: quid si matrimonium est solutum tempore mortis aui. vtrũ ista dos debeat cõferri filio, à quo repetitur?
4. Gl. distinguit, & bene, † Sed quæro, si auus ñ vult dotare, qualiter compelletur. Respondeo, iudicis officio. Casus est in l. qui liberos. de ritu nup. ad cuius iudicis officium pertinebit taxare dotem,
5 qua nta dos debeat dari. l. profectitia. §. j. s̃. de iure do. An † autem frater teneatur dotare sororem. Gl. in l. cum plures. §. pe. s̃. de admi. tut. Facit l. qui filium. s̃. vbi pup. edu. deb. & gl. in l. non omni. C. de admi. tut. & ibi per doct. tetigi s̃. sol. mat. l. j.

ADDITIONES.

redditur testimonium? Dic, ꝙ tempore, quo testimonium redditur, vt hic in tex. & in gl. In contrariũ videtur text. s̃. d testam. l. ad testium. §. j. & l. j. C. de testamentis. & ibi notat gl. volens soluere istud cõtrarium: in legibus cõtrarijs videtur dicere, quòd intelli- 1
gatur de testibus, qui in iudicio nõ habent necesse assistere, quia sunt scripti in instrumento publico, vel aliàs non est necesse, qd de nouo deponant. ita no. in l. j. C. de testa. Licèt hoc sit satis probabile, tamen dic, Quandoque testis mutat cõditionem sui culpa, vt quia propter delictum efficitur infamis, & tunc habet locũ hæc gl. quòd inspicitur tempus redditi testimonij. Quandoque mutat cõditionem absq; sui culpa, vt quia credebat se liberum tempore testamenti, postea detegitur seruus, & tunc inspicitur conditio testis tempore, quo negotium geritur, ita loquitur l. j. C. de testa. Ita tenet Azo in summa, de testa. ordi. circa fin. quod
7 tene menti. ¶Sed † si testis tempore iuramenti erat bonæ condi 1
tionis, & tempore redditi testimonij erat infamis, quod tempus inspicitur? Dixi in l. damni. §. Sabini. j̃. de dam. infe. ¶Secundam 2
8 † solutionem dat gl. ꝙ põt hic contingere, s. quòd testi. nõ adhibeatur tanta fides propter temporis prolixitatem, quia non ita creditur testi de facto longinquo, sicut propinquo. Pro ista opi. 1
facit in Auth. hæc cõst. innouat const. Facit quod no. in l. census. s̃. de proba. & hoc videtur tenere Spe. in ti. de positi. §. Sexto. ver. sed nunquid. quod intelligitur, vt no. per gl. de verb. sig. l. notio-
9 nem. §. instrumentorum. Et † prædicta faciunt, ꝙ quando est negotium, quod de facili põt tradi obliuioni, ista causa est, quòd testes examinentur ad æternam rei memoriam, ne obliuiscantur: hoc tangit gl. & bene in c. quoniam frequenter. extra, vt lite non 2
10 contest. ¶† Quæro. qualiter pronuntiabit iudex super isto edicto, cum simul, & semel petatur Carboniana possessio, & vt quæstio differatur in tempus pubertatis, vel differenda cognoscatur, & vna est summaria, & alia plenaria, quomodo vna sententia determinentur? Resp. Illud, quod hic dicitur de summaria cognitione, debet intelligi quantum ad informationẽ iudicis per præsumptionem solam, in alia dicitur cognitio plenaria quantum ad informationem iudicis per veritatem. Sed vtraq; vno respectu potest dici summaria, quia in vtraque breues dabuntur dilationes, & ideo vtraque dicitur summaria, vt dicitur in c. sæpe. extra. de ver. sig. in Cle. & ideo ambo ista capitula poterunt vna sententia determinari, vel super vna pronuntiabitur, & super alia, quæ requirit plenam cognitionem, reseruabitur, l. ille, quo. §. si testõ. s̃. ad Tre. cum sint diuersa capitula, ergo super vna potest pronuntiari, super alia reseruari, l. etiam. §. j. s̃. de minor. quod dici consueuit C. si aduer. rem iudi. l. 2. tene menti ista.

ADDITIO.

a Alex. ¶Quæro, vtrum. Vtrum infamis repellatur a testimonio, vide Bal. in c. j. an remo. debe. test. qui pares esse desierunt. & Bart. in l. cunctos populos. C. de summa trinitate. adde tamen, quòd semper facit saltem indicium, vt notat Bart. in l. maritus, j̃. de quæstio. & vide no. in c. præterea. de testi. cogen. & quod ibi per Imo. ibi, aliàs non est necesse, quòd de nouo deponant. adde bald. in c. j. an remo. de test. qui pares esse desierunt. & quod no. bar. in l. j. §. si seruus. de quæstio. & omnino bald. post bart. & alios in l. j. de testibus.

1 *Accusata de adulterio, & absoluta non potest ab eodem, seu alio super eodem accusari, ab alio, & de alio sic.*

§. Si mater. Opp. ꝙ matris absolutio prosit partui, l. denuntiasse. §. quæritur, j̃. de adul. Gl. non soluit. Sed dic, illud est verum, quando de eodem facto ageretur ꝯ filium, de quo mater est absoluta: hic verò de alio facto agitur contra filium. Vel aliter, quod ibi dicitur, est speciale in adulterio propter sequens matrimonium, cui leges multum fauent: aliàs secus. Hanc opinionem tenent doctores, & Cy. refert C. ad
1 legem Corne. de falsis. l. j. in secunda quæstione. ¶† Quærit glo. vtrum mater, quæ semel obtinuit, possit iterũ accusari de adulterio? Dicit glo. quòd sic, non tamen de facili, l. si cui. §. iisdem. j̃. de accusatio. Quod intellige de eodem crimine, & ab eodem, vel de alio, & ab eo, qui in primo fuit calumniatus: aliàs nihil repugnat, quod non posset accusari.

§. Si is, qui. Opp. dicitur hic secundum diuersas literas, vna enim negat, alia non negat. Sol. vtraque sustinetur: vna nõ negat, & ista est plana. Alia enim negat eum, & tũc dic, negat eum scilicet solũ: sed nõ negat eum scilicet filiũ cum alio. Item hic innuit, quò d non habet locum Carbonianum, nisi quando est contentio de bonis paternis. Contrà. j̃. eod. l. de bonis. in princi. Dic, vt in glo.

§. Ibidem. Opp. quòd per istud qualequale præiudicium, quod pupillo posset fieri in causa status ex persona alterius, non debeat differri quæstio, vt suprà eo. l. j. §. fi. & j̃. eo. l. Titia. Sol. quod iste consors erat minor 25. annis, vnde de facili posset lædi: sed in contrariis erat maior ille, qui habet causam præiudicialem ad istam. Ita no. j̃. e. l. si impubes. §. si mater. & dixi s̃. eo. l. j. §. fi.

§. Parui refert. Op. j̃. e. l. §. missum. Sol. dicit gl. hæc debet intelligi secundum illam, quando pupillus agit possessorio, non petitorio. Tu dic, ꝙ hoc potest intelligi, etiam quando agit petitorio, vt ibi dicam incontinenti.

1 *Dictio, &, est implicatiua.*

§. Si duo. Gl. ponit hic casum. Ad petitionem impuberis inferentis controuersiam status non debet in tempus pubertatis differri, sed ad petitionem impuberis patientis. h. d. No. tex. ibi, nec enim patitur. No. † de significatione huius copulæ, &, quæ implicat. Nam si dico, & me, videor implicare, quod non est solum te.

§. Si quis liber. Gl. ponit casum. no. hic, ꝙ siue principaliter, siue incidenter veniat examinanda quæstio status, debet differri in tempus pubertatis non solũ quæstio status, sed ea etiam, in quam incidit, si sine hoc incidenti quæstio status non potest terminari ¶Opp. j̃. ea. l. §. missum. Sol. dicit gl. hic pupillus conueniebatur, ibi agebat tantum. Vel aliter, vt dicam in d. §. missum. Item contra, C. de ord. iud. l. j. Sol. vt ibi, & dicã statim in d. §. missum.

1 *Missio in possessionem ex Carboniano qualis sit, & an fiat in nominibus debitorum.*
2 *Exceptio de iure tertij opponitur, quando est in totum exclusiua iuris agentis.*

§. Cum extaret. Et si propter debita particularia quæstio status infertur impuberi, differtur
1 in tempus pubertatis. h. d. No. quod dixi in casu. Quæro, † quid operabitur hoc Carbonianum edictum? Dicit gl. vt fiat missio: sed qualis missio potest fieri, potest ne fieri in nomina debitorum? Nos possumus respondere, prout respondet gl. in l. à diuo. §. si super reb. j̃. de re iud. & l. j. j̃. de præt. stip. Sed melius diceret, ꝙ hic habet locum Carbonianum edictum hoc modo, ꝙ huic pupillo satisdanti soluatur, prout dicam plenè j̃ e. l. pe. Item habet locum
2 quo ad aliud, vt quæstio status differatur. Item no. † ꝙ hic potest opponi de iure tertij, & hoc ideo, quia ius tertij est totaliter exclusiuum iuris agentis. quod dic, vt dixi plenè j̃. de excep. rei iud. l. 2. & Cy. dicit in l. cum seruum. C. de ser. fug.

1 *Possidens potest petere sibi possessionem confirmari, & in ea tueri.*
2 *Possessorio agens petit se mitti in possessionem, & positus in ea se tueri.*
3 *Pupillus siue agat, siue conueniatur, quando habeat Carbonianum.*
4 *Qualiter cognoscatur, an quis agat, vt bonorum possessor Carboniana, an directã intentet.*
Carboniana an differatur, si mouetur controuersia de statu defuncti, non ipsius filij.
Possessor non constituitur quis ex solo iussu dimittendo.
5 *Actione in factum ex Carbonia. edicto agit quis, vt constituatur possessor.*
6 *In ista actione in factum veniunt corporalia quandoque.*

§. Missum. Hic est optimus §. & breuiter. h. d. Missum in possessionem ex hoc edicto prætor tuetur, nõ tamen missus ex Carboniano possessor potest hæreditatem, vel res singulas vendicare, nisi velit de filiatione plenè docere. h. d. ¶Hic innuitur, quòd missus in possessionem ex Carboniano nõ possidet, nisi interponatur secundum decretum, ex quo possessor efficiatur. Contrà, s̃. eo. l. j. in prin. & j̃. eo. l. pe. & s̃. de inof. test. l. qui de inofficioso. Dicit gl. hic debet intelligi possessorem constituere, hoc est missum in possessionem tueri, nõ quòd de nouo
1 det possessionem & est satis bona, & tene menti. Ex qua † habes sicut peto me mitti in possessionem, si non possideo, ita si possi-
a deo, possum petere a mihi possessionem confirmari, & in ea tueri. Et pro hoc est casus s̃m veram lect. C. e. l. j. & ibi Cyn. & Odof. Et pro hoc, quod habuistis s̃. de contrat ab. l. 3. §. si sub ea. & j̃. ti. j. l. 2. §. si sub conditione. Et pro hoc s̃. quod met. cau. l. fin. ¶Item tene menti ad aliud, ꝙ qui agit possessorio, petit se mitti in possessionem, & positus in ea petit se tueri, vt hac glo. & j̃. ne vis fiat ei. l. j. §. j. & l. si quis missus, & si habetis vnam lect. Contra hanc lect. op. quia nõ est verum, quòd ex primo decreto efficiatur possessor, nisi interponatur s̃m, l. si finita §. Iul. j̃. de dam infe. & l. 3. in fi de acq. pos. So. Ibi quando possessio datur alicui propter aduersarij contumaciam, & ideo expectatur primum, & secundum decretum, antequam possessor efficiatur: sed hic non datur possessio propter contumaciam aduersarij, sed propter fauorem petentis, & ideo non expectatur primum, & secundum. ¶Item opp. de eo, quod dicitur de ventre in possessionem misso, qui non possidet. l. j. ff. quib. ex cau in poss. eat. Solu. aliud in filio, qui mittitur ex Carboniano, aliud in ventre. Et est ratio, quia text. in Carboniano

ADDITIO.

a ale. ¶Possum petere. Si possideo, possum tamen petere possessionem confirmari, ad lc Bar. in l. de pupillo. §. qui opus, per gl. ibi, de ope. no. nunc. & plenè per Mod. in §. quadrupli. Inst. de act. & Bar. & Bal. in d. l. j. C. eo. & vide Bar. in l. non tantum; §. si sub ea. j̃. de contratabu. & Bal. in l. j. C. eo. qui se limitat in l. j. C. de edic. diui adria. tollen.

niano edicto dicit, datur possessio, vt s. e. l. j. sed tex. in materia de ventre in possessionem mittendo dicit, mittitur in possessionem quæ verba signant solum detentionem. Et potest esse alia ratio, quia possessio quæ datur ventri, est minori tempore duratura. Itē quia datur propter partum, non ipsi partui, ideo non tantum ei fauetur. Sed prima non mihi placet, licèt sit persuasiua. ¶ Item procedo, dicitur hic in secundo responso, missum in possessionem ex Carboniano nititur prætor in possessione tueri, &c. Op. quòd siue conueniatur, siue petatur, habeat locum Carbonianum, vt s. e. l. §. parui. Gl. dicit, dic, vt ibi, & ibi dicit, quòd agebat possessorio, non petitorio: Hæc sol. non placet, quia tex. ibi dicit, simpliciter, siue agatur, siue conueniatur, nec dicit quomodo, & idem s. eo. l. j. in prin.

2 Vnde mihi † videtur dicendum sic. Qñq; pupillus agit, antequam sibi sit mota quæstio status, & antequā sit petita Carboniana possessio, & in isto iudicio opponitur sibi quæstio status, tunc pupillus omissa prima actione potest petere Carbonia. bonorum possessionem ex hoc edicto, & non refert, siue agebat, siue conueniebatur, & siue agebat petitorio, siue possessorio, vt legib. cōtrariis. Quandoq; post petitam, & habitam possessionem totaliter agit, & sic post motam quæstionem pupillus vult agere, tunc habet locum distinctio huius §. ¶ Item op. j. e. l. pe. vbi etiam missus videtur, quòd possit agere. Dicit gl. sol. vt ibi. Bñ veritas est ista, hic pupillus agebat contra principalem aduersarium, qui se dicebat hæredem, & ideo adhibetur distinctio, quæ dicitur hic: sed in lege contraria agebat contra alios debitores hæreditarios, & ideo distinguitur, vt ibi dicitur. Hæc sol. tangitur ibi, & l. j. C. e. & ibi doct. tangunt. Item op. dicitur hic, quòd potest opponi ista exceptio, ne præiudicium fiat petitioni hæreditatis mouendæ. Contrà, C. de pet. hær. l. fi. Dicunt quidam hanc per illam corrigi; non est vera. Sed dic, quòd lex contraria loquitur in herede, seu possessore conuento, hic loquitur in agente, & est bona sol. quam tenet gl. in l. bonæ fidei. s. de pe. hæ. vel aliter, ibi loquitur, quando erat contentio inter eum, qui se hæredem dicebat, & alios legatarios, vel creditores, sed hic erat contentio inter eos, qui se hæredes ad inuicem dicebant, & est bona, & probatur in l. nō distinguemus. §. si quis. s. de arb. dixi plenè j. de excep. l. si post litem. ¶ Item op. C. de ord. iu. l. j. Sol. vt ibi.

3 ¶ † Quæro, quæ est differentia, vtrum agat vt bonorum possessor Carbonianus, an intentet directas actiones, & quo modo cognoscam? Dicit gl. quando aget vt bonorum possessor Carb. aget isto modo, quia sicut in aliis bo. pos. decreta sibi bono. possessione, ei competit bonorum possessoria hæreditatis petitio, l. j. & 2. s. de pos. hæredi. peti. & habuistis de bono. possessio. l. 3. §. bonorum. ita impubes, decreta bono. possessione Carb. volebat agere vt hæres, & hoc probat solum, quia erat de mēte Carb. pos. & credebat, quòd illa cognitio summaria, quæ inducebat præsumptionem sufficientem ad Carb. possessio. s. ea. l. §. causæ, sufficeret in hac bonorum possessoria hæredi. peti. quod non potest, vt hic. Sol. si vult agere directò, vt discutiatur, vtrum si inter liberos, vel non, hoc potest, & ita habetis intellectum huius §.

4 ¶ † Quæro, quid si innouetur, controuersia de ipsius defuncti statu, nō ipsius filij, an debet differri per Carbonianum? Videt. quòd sic, s. cod. l. j. §. sed & si quis. In cōtrarium videtur, C. de peti. hæredi. l. liber. Sol. Ibi propter quæstionem status defuncti vertitur in dubium status filij, vt quia defunctus dicatur seruus, & sic filius non potest esse liber, & tunc differtur, vt d. l. j. §. sed & si quis. s. eod. Sed si propter quæstionem status ipsius filij, vt quia fuit institut⁹ hæres ab extraneo, & tunc non differtur, d. l. liberti. Alij legunt hunc §. alio modo, dicentes, quòd in principio fuit missus in possessionem solo verbo, quem prætor studet constituere possessorem re ipsa. ita dicunt ipsi, vt essent contraria prædicta. Et potest esse in se satis bona, vt exponam⁹ missum, id est, mitti iussum, quia ex solo iussu non constituitur quis possessor, l. non est. de pig. actio, & l. cū hæredes. s. de acq. posses.

5 ¶ Sed tunc quæro, † qua actione petatur, quòd quis constituatur possessor? Dicit gl. actione in factum, quę descēdit ex quolibet edicto prætoris, l. pe. §. cum ptor. ne vis fiat ei. Istud videtur mirum, cum bon. possessio petatur officio iudicis, l. 3. §. si causa. s. de bo. pos. Dicunt quidam, quòd ista quæstio gl. referatur solum ad casum s. prox. qñ quis solum est mitti iussus, tunc petatur actione in factū, vt iste iussus executioni mandetur. Sed licèt hoc posset fieri, tñ tuti⁹ est, quòd fiat missio manu militari, l. si quis missus. j. ne vis fiat ei. Quare dic, quòd ista quæstio referatur ad totū §. & totum tit. & bene dicit, quòd cogatur actione in factū. Nō obstat quod no. in l. 3. §. si causa, quia illud in bonorum posse. quæ tribuunt ius per quas nullum aduersario fit præiudicium, nec requiritur, quòd citatio fiat, vt ibi dixi: sed hic loquitur in possessione, quæ est facti, & habet certum aduersarium, & requiritur cognitio, prout dixi s. ead. l. §. causæ. & §. duæ. & ideo actione in factum, non iudicis officio explicatur.

6 ¶ † Quæro, quando hæc actio in factum intentatur, quid veniat in ea? Dicit gl. quòd corporalia tantū, alleg. l. 1. j. quorum bonorum, vel melius etiam incorporalia veniunt qñque, vt si agitur contra aliquē debitorem, vt habuistis s. prox. §. & sic ista possessio habet aliquid vltra, quàm interdictum quorum bonorum.

§. Hæc autem. Et per hoc oportebit petere filium bonorum pos. ordinariam. contra j. cod. si impubes. §. fi. Gl. soluit, cogebatur, si vellet intentare actionem, aliàs secus. & ideo dicit glo. hic in verbo, ordinariam. ideo dicit, oportebit, s. in futurum, si vellet intentare actionem: sed nūc in Carbo. non oportet. & idem no. C. eo. l. j. in fi. vlt. gl. & est satis bona, vt dicam j. eo. l. si impubes. in fi. & tangam j. l. proxi. Vel dic, quòd iste tex. vult dicere, quòd si pupillus non possidet hæreditatē paternam, ad hoc vt perueniat ad bonorum pos. Carbo. habet primò intentare bonorum possessionem ordinariam, vt sic aduersarij moueant quæstionem status, vt sic mota quæstione status perueniat ad bonorum possessionem Carbonianam, ad quam nō pōt perueniri, nisi primò moueatur quæstio status, vt suprà, proxi. §. dixi suprà, ea. l. §. si duo. & ita potest intelligi hic.

LEX IIII.

Ideo. Dicitur hic, ex prima parte edicti, quæro, quæ est prima pars edicti. Dicunt quidam contra tab. quæ præcedit secundum tab. Non est verum: quare dic primam partem edicti vocat bo. pos. ordinariam, sequentem vocat Carbonianam, quæ est extraordinaria. Op. s. eod. l. 3. §. missum. vbi actionem non potest intentare. Dicit glo. etiam intentabit actionem in factum, & sic aget possessorio tantū. Vel dic, vtetur omnib. actionibus quando erit pubes, & liquebit eum hæredem esse. Tu dic, quòd missus ex Carboniana actione contra principalem aduersarium nō potest intentare, nisi secundum distinctionem, quam vidistis in d. §. missum sed contra alios debitores potest intētare secūdū distinctionem, quam dicam j. eo. l. pe. Opp. s. eod. l. 3. §. pe. vbi dicitur, quòd vt possit actionem intentare, oportet petere bo. pos. ordinariam: sed hic non posset petere ordinariam, quia est exclusus ab ea, vt hic dicitur, igitur actionem intentare nunquam poterit. Possumus dicere, quòd licèt sit exclusus à possessione ordinaria, tenebat tamē ius adeundi de iure ciuili, ideo actionem intēdebat. & hoc patet ex gl. quæ dicit, quòd liquebat eum hæredem, nō dicit bo. pos. Vel dicamus, quòd agnoscet bo. pos. omissam per restitutionem in integrum, l. j. C. si vt omis. hær. vel bon. pos. Vel possum dicere quòd in d. §. pen. debeamus legere aliter, quàm glo. ibi dicat, quasi illa lect. sit contra istum tex. & legamus alio modo, vt ibi dixi.[a]

ADDITIO.

a Alex. ¶ Ibi dixi. Supplicium differtur propter partum, & propter mulierem lactantem, & facit quod habetur in l. 2. §. si quis cau. & ibi doc.

LEX V.

Sed & si is. Hic incipit exponere tertium caput edicti de satisdatione.

LEX VI.

1 *Supplicium matris differtur propter partum, item in matre lactante puerum donec nutrix reperiatur.*

2 *Carb. edict quare non habet locum in bonis maternis.*

3 *Carboniano edicto an quæstio status differatur.*

1 De bonis. Iste text. facit in ar. † ad q. vos habetis in l. pgnā tis. j. d pœnis. & s. de sta. homi. l. Imperator. quòd supplicium matris differtur propter partū: quęro, quid de matre lactante puerum, cum alia nutrix non reperitur? certè eadē est ratio, quòd donec non reperitur alia, supplicium differatur, per hunc tex. & sic dicunt doc. maximè Old.

2 Quæro, † quæ est ratio, quòd in bonis maternis non habet locum edictum Carbonianum? Rñ. quia hoc edictum est introductum ad similitudinē edicti de bo. pos. contra tab. l. j. §. j. s. eo. sed in testamentis fœminarū bon. pos. contra. nō habet locū, l. illud. §. ad testamēta. s. de contra. ergo nec Carb.

3 ¶ Item dicitur, † quòd differtur quęstio status, sed an differatur per hoc edictum? Dicit gl. quòd non, sed ex cōstitutione, vel interpretatione Iurisconsultorum, vt hic, & s. e. l. 3. §. quāuis. Et ideo isto casu ista dilatio posset prodesse in bonis maternis, & haberet vim Carb. vt si possidet filius & alius ageret contra eum, dicens eum non filium, tunc q. differtur, & interim remanet in possessione, sicut in Carb. l. 3. §. missum. s. e. ¶ Item quæro, dicitur hic, si sit q. simul de bonis paternis, & maternis. & fraternis: quæro, vtrum habeat locum missio ex hoc edicto? & videtur, quòd sic, argu. j. eo. l. si impubes. §. si pupillus. Contrarium tenet glo. quòd omissio non habet locum, nisi in paternis, & ad legem contrariam responde, vt in glo quod no.

§. Ita demum. In tex. ibi, explicandum erit. hoc est verum ex hoc edicto, sed ex constitutione quæstio differtur, vt §. proximè. & in l. 3. §. quāuis. s. eo. tit. vel hoc expediebat pupillo.

§. Qui pupillo. No. text. ibi, hæc enim pos. pro satisdatione cedit. habes hic, quod missio in possessionem habet vim cautionis. Simile in l. si finita. §. eleganter. & §. seq. j. de dam. infecto.

1 *Alimenta qui debet habere, quando debeat habere expensas studij.*

1 §. Non solum. No. tex. ibi, in studio, &c. Not. † quòd ille, qui debet habere alimenta, debet habere expensas in studio. simile s. vbi pup. edu. deb. l. qui filium.

contrarium

contrarium habuistis s. de ali. & cib. leg. l. legatis. Ego respõdi ibi 1
aliud cum debentur ex dispositione testatoris, aliud cum ex dispositione legis. Dices tu, quòd hic §. facit ꝯtra id, quod dixi s. de a
colla. bon. l. j. §. ne castrense. Dixi, ꝙ pater non tenetur impendere in studio filij. Sed respõdeo, tex. iste hoc declarat, ꝙ hic loquitur in studijs necessarijs, sine quibus homo secundum consuetudinem, & conditionem suæ personæ viuere non potest, vt addiscat grammaticam, & similia, & tunc dicitur impensa necessaria, vt hic: sed secus in studijs, in quibus homines dicentur militare, & sine quibus quis potest honestè viuere secundum conditionẽ suæ personæ, quo casu dic, vt ibi dixi.

§. Post pubertatem. Est hic bonus casus, & ponit optimam practicam, & habes hic, ꝙ de petitore fit reus, si vult satisdare etiam post pubertatẽ. Sed quid si neuter vult satisdare? Dicit gl. respondendo ex his, q̃ no. suprà, eo. l. sed & si is. §. quoties. & §. cum autem. vbi dicitur, ꝙ possessio debebit dari cuidam curatori bonorum, & apud illum sequestrabitur. Ad quod facit l. postquam. §. Imperator. vt leg. nomi. caue. sed in possessione data curatori bonorum quis sustinebit partes actoris? Resp. ille, qui ab initio sustinebat, antequam daretur Carbonia. bono. pos. arg. l. si oleum. in prin. suprà, de dolo. & dixi in l. interesse. infrà, de acquir. pos.

LEX VII.

Si impubes. Circa princ. dicitur, simile Carboniano. Dicit gl. quare dicit simile Carboniano, & nõ respondet? Tu dic, Carbonianum edictum principaliter videtur inductũ pp liberos legitimos, & naturales, & ideo cũ loquitur de filijs ad primis, non vr, ꝙ propriè hoc edictũ habeat locũ. Hoc non placet, quia cum hoc edictũ sit inductũ ad similitudinẽ bon. pos. ꝯtab. vt s. eo. l. j. §. j. & illud in adoptiuis hẽt locũ, ergo & istud habebit locũ. Sed quare hic dicit, simile? Resp. quia hoc olim proponebat cũ quadã solẽnitate, q̃ hodie cessat, & sic hẽt locũ Carbonianum ad similitudinem antiquæ solẽnitatis, cum qua Carbonianum proponebatur, vt habuistis no. s. eodẽ. l. ideoque. & s. de vent. inspi. l. edictum. ¶ Item dicitur hic, locus erit Carboniano edicto. Contrà, immò non habebit locum Carbonianum, qa constat eum filium, vt infrà, l. proxi. Sol. intellige hic de Carboniano vtili, non de directo, vt ibi. 1

§. Cum vero. Quærit glo. hic super verb. de iure, quid b
est hoc, quod dicit, de iure testamenti, & non respondet. Sed dico, quòd in quærela inofficiosi testamenti non fit quæstio, an sit filius; sed an valeat testamentum, vel nõ, & sic an excludatur à bonis. est ergo quæstio de bonis tantum, & non de statu, ideo non debet differri, & ita loquitur hic §. pone, ꝙ filius agens querela negatur filius, quid erit fiẽdum? Rñdeo, non poterit fieri missio in pos. ex Carbo. sed ex ꝯstitutione, qua quæstio status differretur, & sic iste obtinebit in querela, posito ꝙ sit filius, habebit necesse petere hæreditatem ab intestato, & tũc si opponet sibi q̃stio. status, habebit locum Carbo. sic debet intelligi hic, & l. qui de inofficioso. supra de inoffi. testam.

§. Si mater. Contra, s. eo. l. j. i fi. Resp. hic agebatur cõtra matrẽ tantum, ibi vero cõtra matrem, & filium vt ibi dixi. Item op. s. eo. l. 3. §. idem. Sol. debetis ponere hic matrem esse maiorem 25. ann. secus si sit minor, vt in cõtrario, quia est verisimilius maiorem diligentius causam defendere, quàm si esset minor. Item secus si esset mater grauida, vt dixi ibi, plene supra eod. l. j. in fin. & vide gl. quæ incipit, immo nunquam, &c. & ipsam signa.

§. Quoties. Ad primum dictum opp. ꝙ contradicat sibiipsi, quia dicit, cum interponitur Carbo. perinde est, ac si nõ esset cõtrouersia status. Sed tunc cõtrà, quia si non esset controuersia. nõ habet locum Carb. Gl. soluit. Item op. ꝙ sufficiat, ꝙ vnus pro parte defendat, l. si quis putãs. §. si dãni. s. communi diui. dicit gl. hoc ideo, quia persona defuncti inspicitur, cum qua est controuersia, l. apud Iulianum. ex quibus cau. in pos. ea. ibi quasi cũ eo ꝯtractũ, &c. & l. j. §. fi. & l. ne in plures. de exerci. & l. si cũ vno. s. si ex noxa. causa aga. & l. si noxali. §. fi. s. de pecu. Hæc sol. nihil ad propositum, quia in actis diuiduis sufficit quemlibet hæredem defendere pro parte sua, l. iam tamen. §. pe. s. iud. sol. Ad hoc facit l. 2. §. fi. j. de preto. stip. Item facit l. hæredes. §. an ea. fam. erci. sed leges allega. in gl. loquũt in aliis casi. Quare dic, ꝙ ĩ casu nostro rõ ẽ, qa missi ĩ possessionem defẽdũt tanq̃ curatores bon. vt s. eo. l. sed & si is. §. j. & videbitis. j. e. l. pe. & vlt. Sed sicut curatores bon. debent insolidum defẽdere, l. vlt. de cura. bon. dan. ita & isti debent insolidum defendere.

§. Interdum. Dicitur hic, quod si non petiit contrata. sed vnde liberi, &c. Gl. oppo. & soluit, tene primam solutionem datam in ea.

§. Si pupillus. Vides hic, quando fit cõuentio de bonis liberti, & patris simul, & semel, quæstio status differtur. Et est ratio, quia vna contentio sequitur ad aliã, l. j. in prin.

Filius præteritus, qui tacuit per annum, an faciat reconualescere testamentum de iure prætorio.

§. Quæsitum. a Hic est no. §. & difficilis, & de ipso feci magnum festum. Ad 1. casum opp. si non fuit filius, ergo non debuit dari Carb. vt s. e. l. 3. §. causæ. Solu. Hic fuit modica præsumptio pro eo, ita ꝙ fuit data Carboniana, licèt in veritate non fuit filius: sed tunc quomodo dabitur sec. tab. eo interim habeatur pro filio propter illam modicam præsumptiõnem, & habetur pro filio, ac si nulla controuersia fuerit, vt s. ea. l. §. quoties. & quæstio status differtur? Resp. secundum iura hodierna, secundum quæ sufficit solà agnitio, esset expeditum, quia in Carb. non quæritur, an sit filius, l. vlt. C. qui adm. ad bo. pos. ẽm tempora fforum est dicendum idem ꝙ quando fuit data secund. tab. non fuit quæsitum. an ille filius esset præteritus, vel non, quia nõ fuerat data in forma iudicij, l. 3. §. acquirere. & ibi no. de bo. pos. & sic habebit istum effectum, quia iste qui habuit bo. pos. ẽm tab. aget bo. pos. hæ. pet. post temp⁹ pubertatis ex vigore illius bo. pos. habitæ intra tempus pupillari ętatis, quam bo. pos. hodie constat habuisse effectum, cum constat illum pupillum in veritate filium non fuisse. ¶ Venio ad 2. casum. si filius non petit contrata. tunc datur sec. tab. Contra hoc op si filius petit contrata. ergo pos. Carbo. non proderit, quia actionem intentare non poterit, nisi ordinatim bo. pos. agnoscat, l. 3. §. pe. & fi. s. eo. Sed cum impossibile sit, ꝙ ordinariam agnoscat, quia exclusus ab ea, ergo, &c. cum constet illum filium, qui est exclusus à contrata. non posse habere bo. pos. posito, ꝙ quis eum filium cõfiteatur, ergo Carboniana nõ debebit dari, vt j. eo. l. cum sine. & s. de inof. test. l. qui de inof. Sol. dic, vt s. e. in l. ideo. Nam licèt filius sit exclusus à contratab. tamen potest ad eas reuerti per restitutionem in integrum. Ita sentit gl. hic ĩ tertio casu. Nã si deficeret omnis spes, deficeret Carb. ¶ Venio ad 3. casum, in quo habes, ꝙ fuit præteritus filius suus, ideo eũ dicendo nullum posset venire per vnde liberi, & stetit anno, ꝙ nõ petiit vnde liberi: ex hoc scriptus hæres potest petere secũ. tab. qa ille præteritus tacẽdo per annum videtur approbare testamentum, l. filio præterito. s. de iniusto testa. & ipse pupillus potest petere Carb. si est intra annum à tẽpore, quo est sibi mota quæstio status, vt s. e. l. 3. in si No. † hic casum expressum ꝯ Vltramontanos, qui dicunt ad hoc, vt testamentum reconualescat de iure prætorio, requiritur approbatio filij. Ego dico, ꝙ taciturnitas p annum vr testamẽtũ ꝯfirmare, vt possit peti sec. tab. vt hic: quod tene mẽti & hoc not. quia habet locum etiam in petitione hæreditatis: quod est ꝯ dicta Vltramontanorum, in l. 2. C. de posthu. hær. inst. dixi in d. l. filio præterito. s. de iniusto testa. ¶ Hoc præmisso si filius esset exclusus, sequitur, ꝙ si quis confitetur eum filium, cum ad successionem venire non posset, sibi non debet dari Car. vt j. eo. l. cum sine. Resp. potest venire ad successionem per restitutionem in integrum. Et hoc dicit hæc gl. ibi, licèt filius posset restitui. Ex quo sequitur, ꝙ maior, qui non posset restitui, tacendo vr testamentum approbare taliter, ꝙ post nõ posset dicere nullum: quod tene menti. ¶ Op. quòd ex testamento, quod est nullũ, non possit adiri hæreditas, nec bo. pos. ẽm tab. peti, vt j. ti. j. l. hi demũ, & s. de bo. pos. l. non est. §. vbicũque. So. Hic filius non dixit nullũ, secus si dixisset. ¶ Itẽ dr hic, quòd habet locum Carb. pos. ẽm tab. contra; Carb. datur ad similitudinem bo. pos. contrata. vt l. j. § j. s. e. sed contrata. & ẽm tab. non concurrunt, j. ti. j. l. 2. §. expectandi. Gl. sol. Tu dic clarius, Carb. bo. pos. est inducta ad similitudinem bo. pos. contrata. hoc est, vt illis competat Carb. quib. cõpeteret contrata. si essent præteriti: sed bene possunt reperiri casus, in quibus competeret Carb. bo. pos. non tamen competeret contratab. & ita hic. Item est differentia inter Carb. & contrata. quia vna tribuit ius, alia non.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Quæsitum. Declara, vt per Bal. in l. fi. in ver. sed hic quæritur in bon. pos. quæ tribuit. C. vnde legi.

b Alex. ¶ Nota hic casum. An ad hoc, vt testamentum reconualescat de iure prætorio, requiratur approbatio filij, expresse Bal. in hoc tenet contrarium in l. fi. C. vnde leg. & in l. 2. de contratab. & in l. j. C. de suis, & legiti. videlicet ꝙ ius dicendi nullum non tollatur anno. & omnes communiter contra Bar. in d. l. filio præterito.

LEX VIII.

Decessit. No. hic quando constat aliquem esse inter liberos, dubitatur tamen de aliqua qualitate, s. an sit in potestate, vel nõ, tunc habet locum Carbonią. possessio ex sententia, non ex verbis.

LEX X.

Cum mulier. Dr hic, ꝙ ventri datur bon. pos. ex Carbo. Contrà, s. de ven. in pos. mit. l. j. in prin. So. expone, ex Carb. id est, ex edicto de ven. in pos. mit. Item dicitur in versi. ne aũt. quòd mater non aufert pupillo ius ordinarium. Cõtrà, immò etiam nec extraordinarium aufert, vt s. e. l. j. §. fi. & l. 3. §. pe. s. de iure iur. So. Concedo, quòd pupillo non aufertur nec ordinarium, nec extraordinarium, sed matri bene præiudicat, quãdo petit se mitti in possessionem nomine ventris, licèt cõtra no. s. de vent. in posses. mit. l. j. §. si cui. dic, vt ibi.

LEX

LEX XI.

a **Cum sine.** Dicitur hic, ꝙ exhæredatus non habet Carb. quia si aliquis confiteretur eũ filiũ, nõ admitteretur. Contrà, s̃.e.l.si impubes.in fi. vbi constat quem esse exclusum ab illo iure, & sic si aliquis confiteť eũ filiũ, non admitteretur, & tñ h 3 Carb. Sol. Ibi potest admitti per restitutionem in integrũ, & sic de iure prætorio. Nam per Carb. prætor sibi subuenit: sed hic non potest admitti, nisi per querelã, & sic de iure ciuili: vnde prætor non subuenit sibi, nisi prius intentata querela. ¶ Vltimò hic nota, ꝙ interest mea pronuntiari me fratrem propter hæreditatem fratris, & sic no. ad id, quod dixi de actionibus præiudicialibus, quia possum me petere pronuntiari fratrem, vt dixi s̃. de ven. in pos. mit. l. vbicunque. §. j.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Cum sine. Limita, vt per bal. in l. j. C. eo.

LEX XII.

Scriptus. No. casum, in quo hæreditas non adita transmittitur: quod dic plene in l. ventre. de ac. hæ.

LEX XIII.

Titia. Dic plene de materia huius l. vt s̃. eo. l. j. in fi.

LEX XIIII.

Quæritur. Quæro, quid in possessionibus vacantib. Puto, ꝙ debeat interim mitti in possessionem, si paratus est satisdare, vt sic possessoris partibus fungeretur, vt s̃. eo. l. de bonis. §. fi.

LEX XV.

1 *Missus ex Carboniano an possit agere.*

Sed sicuti. Op. ꝙ missus ex Carb. non possit res vendicare, vt s̃. eo. l. 3. §. missum. Dicit gl. ꝙ ibi agebat cõtra principalem aduersarium, hic contra alios debitores, & est bona & ipsam approbant doct. in l. adite. in 3. opp. C. de ord. iud. Vel dicit gl. hic satisdedit, ideo agit contra particulares possessores, tã quam curator datus bonis, & est vera, & istam op. i. tenet Cy. C. e. 1 l. j. de hoc † an missus ex Carb. possit agere, habetis in l. j. in prin. s̃. e. l. 3. §. missum. & l. ideo. & C. de ord. iudi. l. j. in 6. q. & C. eod. l. j. & s̃. de inof. testa. l. ꝙ de inofficioso. ¶ Et ideo pro declaratione omnium istorũ reassume. Aut quis incipit agere, antequam sibi fiat⁹ quæstio moueretur, & tunc postquam quæstio status incipit sibi moueri, potest omissa prima quæstione Carb. bo. po s. repetere, & ꝙ differatur quæstio status in tempus pubertatis, non distincto, an prius agebat petitorio, vel possessorio, vt s̃. eod. l. j. in prin. licèt glo. aliter ibi dicat. Ita debet intelligi l. 3. §. pen. s̃. eo. ſm lect. quam dedi ibi: aut vult agere post petitam bo. poss. & tunc aut agit contra principalem aduersarium, aut contra alios particulares debitores, vel possessores. Primo casu aut agit possessorio, & põt, vt s̃. e. l. 3. §. missum. & d. §. parui. ea. l. ſm lec. gl. Aut agit petitorio, & tũc si quidem vult agere tanquam Car. possessor, vt illa summaria probatio, quæ fuit habita in Carb. sibi prosit in hoc iudicio, & nõ potest, d. l. 3. §. missum. Si verò vult agere directa petitione hæreditatis, & probare se filium, tunc potest, d. §. missum. Si verò vult agere contra alios debitores, seu particulares successores, tunc aut nõ satisdedit, & non potest, vt hic à ꝯrio sensu, & l. sed & si is. §. j. s̃. eo. Aut satisdedit, & tunc aut vult agere tanquam hæres, & non potest, ne fiat præiudicium petitioni hæreditatis, d. §. missum, & l. si quis libertatem. s̃. de peti. hære. Aut vult agere tanquam curator datus bonis ex vigore satisdationis, & potest, vt hic, secundũ vnã lect. d. l. sed & si is. §. j. 2. & 3. suprà eo.

TITVLVS XI.

De bonorum possess. secundum tabu.

DICTVM est de bo. poss. contrata. verum quia est alia bonorum possessio, quæ vocatur ſm tab. quæ non habet locum, donec põt intentari ꝯta. vt j. e. l. 2. in prin. & §. j. ideo post titulum de bo. poss. ꝯta. sequitur de bo. pos. ſm tab. Quærit gl. quare in C. primo posuit bo. pos. ſm tab. & hic postposuit. Dic, vt hic in gl.

LEX I.

1 *Instrumentum publicum potest scribi in chartis de papyro.*

2 *Instrumentum scriptum in tabulis de ligno probat.*

3 *Scripturæ antiquæ in lapidibus probant, quando fuerunt scriptæ de partium voluntate.*

Tabulas. Quæro, vtrũ sit differentia, quib⁹ verbis quis vtat? Gl. ꝙ non, & bene, l. hac cõsultissima. in fi. & l. j. q̃n. C. de testa. Item dr̃ hic, ꝙ nõ refert, ĩ qua materia hoc fiat. Quæro, quid ᵃ si scribatur in tabula de ære? R̃n. sufficit, etiam si in lapide scribatur. Quæro, quid si 1 in terra scribatur? R̃n. si sigillari potest, sufficit. ¶ Ex hac † l. extra gl. not. ꝙ instrumentum publicum potest publicari in chartis de b papyro, ᵇ vt hic, dum dicit, chartas, quia chartæ dicuntur de papyro, vt s̃. de leg. 3. l. librorum, & extra de confir. vti. vel inuti. c. cum dilecta. & in Spec. de instru. edi. §. postremo. ver. item quod est scri 2 ptum. Secundò no. ꝙ † si in tabulis de ligno scribatur instrumenta publica, eãdem fidem portant, sicut si in chartis scriberent, vt hic, dum dicit, siue ligneæ sint. Pro hoc suprà, commo. l. in cõmodato. §. sicut autem. ver. ergo si pupilla. & hoc ibi tangit per Guil. de Cug. ¶ Vltimò ex quæstionib. gl. quæ dicũt, quòd possunt scri 3 bi in terra, vel lapidibus, facit ĩ argũ † ad quæstionem, quòd scripturis antiquis factis in lapidibus debeat credi: & hoc est verum, si fuit scriptum de partium voluntate. Pro hoc est tex. & gl. C. de relig. l. monumentorum. in fine. Pro hoc, quod not. in Spec. de proba. §. nunc videndum. ver. o.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Quæro, quid. Et vide gl. in l. qui tabulas. ff. de fur. & ibi Bart. tex in c. cum dilecta. de rescrip. & ibi abbas.

b Ale. ¶ De papiro. Circa instrumẽtũ publicũ in papiro facit ad id, quod in l. Sempronius proculo. de leg. 2. & adde bar. in l. in commodato. §. sicut. in fi. commo.

1 *Testamentis eodem die confectis si producuntur, nec apparet de prioritate, vel posterioritate, cui debeat stari.*

2 *Testes si duo deponant, quòd Titius occidit Seium, alij duo quòd Sempronius occidit Seium, an ambo punientur.*

a **§. Non autem.** Op. de l. quod dicitur. s̃. de test. mil. vbi solus cursus anni irritat tabulas. Sol. Speciale ibi in milite. Item op. C. de testa. l. sancimus. vbi cursus decennij mutat testamentũ. Sol. Ibi fuit cursus decennij cũ reuocatione facta, licèt minus solẽniter: sed hic nulla fuit reuocatio. 1 ¶ Quærit † gl. ᵇ quid si producuntur duo testamenta eodem die b ꝯfecta, nec apparet, quod prius, & qđ posterius, quæritur, cui debeat stari? Gl. no. hic plenè. & C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. & Rof. ponit quasi idẽ super hoc ti. in fi. sed doc. vñr dicere sic, Si quidẽ illa duo testamenta fuerũt facta sub vna sigillatione, est vnum testamentũ, & ambo veniũt ex testõ, vt j. ea. l. §. si quis in duobus. & de tab. exhi. l. locũ. §. j. Si aũt sunt diuersæ sigillationes, non tñ apparet, quæ prius, & quæ posterius, tunc Azo, & Hug. dñt, ꝙ nullus eorum sit hæres, quod prius Dy. tenet, quia est dubiũ de viribus testĩ: ergo nõ potest adiri hæreditas, vt l. sed & si de sua. s̃. de acq. c hær. & hoc placet, ᶜ sed recipit tres limitationes. Primò ſm Iaco. Bu. vt sit verum, qñ neuter possidet, sed si alter possidet, ille obtineret, & actor succũberet. Nam actor debet probare testĩ suum esse factum posterius, quo nõ probante succumbit. Pro hoc l. eũ actum. & quod ibi no. s̃. de neg. gest. & l. matrem. C. de proba. & l. non solum. §. sed vt probari. j. de ope. no. nun. Secunda limitatio, ꝙ prædicta sunt vera, qñ instituti sunt paris cõditionis, quia nullus erat de venientib. ab intestato. Si. n. in vno essent instituti extranei, in alio veniẽtes ab intestato, tũc debemus præsumere in dubio pro veniẽtib. ab intestato. ar. s̃. de ꝯta. l. si duob. §. si prius. & l. hac cõsultissima. §. si quis. C. de test. Et pro hoc l. vlti. in fin. C. de cod. Pro hoc facit vrgens rõ, quia si neutrum illorũ testamẽtorum valeret, venientes ab intestato venirent, vnde si volũt venire ex testõ ſm defuncti voluntatem, tutius est eos admitti pro cõseruanda defuncti voluntate. Tertia limitatio est, quia prædicta sunt vera in pagano, qui nõ põt decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus cum duob. testamentis. l. si certarum. & l. quærebatur. s̃. de test. mili. secus si esset miles, quia posset decede 2 re cum plurib. testamentis. ¶ Item faciunt ad † q. si duo testes deponunt, ꝙ Titius occidit Seium, alij dñt, ꝙ Sempronius occidit Seium. Ex prædictis põt solui, ꝙ si diuersificant in tpe, quia duo dñt, ꝙ Titius occidit de mense Aprilis, alij quod Sẽproni⁹ occidit de mense Maij. tunc isti sunt ꝯrij, l. j. ſm vnã lect. C. qui accusa. non pos. & sic vel neutri stabitur, vel eligentur digniores, secundum, l. ob carmen. §. fi. s̃. de testi. Si vero non diuersificant in tpe sed simpliciter duo dicunt, ꝙ Titius occidit Seium, alij duo dicunt, ꝙ Sempronius occidit Seium, tunc cum possibile fuerit, ꝙ ambo simul occiderũt Seiũ, ambo punientur, per ea quę s̃. dixi.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ §. Non autem. Et de duob. testamentis vide Pet. in c. 1. de offi. deleg. & quod no. in c. licet voluntas 13. q. 2. Et inquantum dicit quod præsumitur pro possessore, vide bar. in simili in l. qui duos. §. cum in bello, & in l. si inter virum, de rebus dub. Mod. in l. illis. de verbor. obli. gloss. in c. nulli. 12. q. 3 gloss. in c. duob. de rescript. lib. 6. & ibi Petr. cui transit cum bar. & hic vide Lud. Rom. in consi. 232.

b Alex. ¶ Quærit gl. Vide bal. ang. & Imo. in l. cum, qui. in princ. s̃. de acq. hære. Et de hac q. & quid in duab. sententiis contrariis. & duabus electionibus eadem die factis, vide bald. in l. 2. C. quando prouoc. Et quid in duob. instrumentis factis eodem die, nec apparet, quod primo, & quod secundo, vide bald. not. in l. de rebus. C. de dona. ante nup. & gloss. barto. & bal. in constit. 1. C. in §. quib. Et quid in duobus instrumentis procurationis factis eodem die in vna psona, vide bald. in l. falsus. C. de furt. & de q. vide aliquid per gl. & doc. in c. duobus, in gl. j. de rescrip. in 6. adde de duobus procuratoribus eodem die constitutis.

c Pom. ¶ Hoc placet. Vide Fel. in c. 3. de probat. vbi enumerat commoda possessionis. vide barba. consilio 35. alias 3. in 2. vol. & consi. 65. eodem volu. Roma. consil. 256. in pri. & consil. 50. & consil. 179. ad fi. tex. & in c. cum ad sedem. & ibi Gemi. in prin. de proba. lib. 6. Cardi. consi. 145.

1 *Solennitas testamenti quãdo sufficiat, quod probetur per duos testes, & quãdo requirantur septem.*

2 *Appellatio, quæ fuit interposita in scriptis si est deperdita, potest probari per duos testes.*

3 *Publicatio testium quando fit, satis est, quod index dicat dicta eorum pro apertis habenda.*

§. Suffici-

§.sufficit. Dicitur hic, sufficit tabulas extare, & si non profe
rantur. ¶Quæro, quõ iudex dabit bo. pos. si non
proferunt tabulæ, qa non sunt apud hæredẽ, vel desierũt extare?
Rñ. si loquimur ẽm iura hodierna, ẽm quæ sufficit sola agnitio,
non est dubiũ, vt hic no.& l.vlti.C.qui admit.ad bon. pos.sed ẽm
iura ista est dubiũ. Sed dic eodẽ modo, qa istæ bo.pos.non dãtur
in forma iudicij, le.3.§.acquirere.s̃.de bo.pos.& sic iudex summa-
1 tim cognito negotio dabit bo.pos. ¶Sed quero, quid† ꝓdest ista
bo.pos.cũ si agã bo.pos.hær.peti.non poterit probare se institu-
tũ? Dicit gl.C.eo.ti.l.2.ꝙ sufficit ꝓbare ipsum ĩstitutũ ex testõ, &
septẽ testes interuenisse, ꝑ duos testes: ita dñt quidã. Si tñ est du-
biũ de voluntate, & solennitate, qa est dubiũ, an testator me insti
tuit, itẽ an instituit me solẽniter, tunc voluntas dẽt ꝓbari, & so-
lennitas per septẽ testes, vt probaꝛ in l.vlti.C.de fideic. Si autẽ est
certũ de volũtate, sed dubiũ de solẽnitate, vt quia aduersari⁹ hr̃s
ꝯfitetur, ꝙ talis me hr̃dẽ scripsit, sed dicit non solẽniter, tũc si q-
dẽ ꝯfessio hæredis fuit certo tpe limitata, vt quia dicat, ꝯfiteor, ꝙ
talis te instituit tali tpe, die, ac loco, tũc sufficit probari solennita
tẽ per duos testes. ita p̃t intelligi gl.C.eo.l.2. Si cõfessio hr̃dis nõ
fuit limitata tpe, & loco, vt qa dicit, ꝯfiteor, ꝙ fuisti hr̃s scriptus,
sed nõ solẽniter, tunc nõ sufficit, ꝙ probes de solennitate, nisi ꝑ
septẽ testes: nã si probas per duos, tres, vel quatuor testes solen-
nitatem intercessisse, non sufficit, quia confessio hr̃dis non extẽ
a ditur ad tempus, quo solennitas intercessit. ¶Vlterius [a] iste §. fa-
2 cit† ad qõ.[b] qñ appellatio dẽt interponi in scriptis, & si est in scri
b ptis interposita, & est perdita, certè ꝑ testes ꝓbari poterit, vt hic,
3 & l.testiũ.in fi.C.de testib. ¶Item dr̃† hic, sufficit tabulas extare, li
cèt non proferantur. Facit, quãdo iudex pronunciat dicta testiũ
c habenda pro apertis, licèt non legat, nec partib. aperiat, sufficit.[c]
Et hoc puto verum, si partes aliter sciãt dicta testium, vt in auth.
at qui semel.C.de proba.& in summa illius tit.per Azo.

ADDITIONES.

a Pom. ¶Vlterius. Vide Ang.in l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iud.Pan.in cap. 2. ad fi.de proba.doc.in l.pactum, quod bona fide.C.de pac.Pau.de Cast.consi.2. Fel. in c.sicut.de re iudi.& quòd in casibus, in quibus requiritur scriptura, non præsumitur pro actu, nisi appareat scriptura, vt per Feli.in capitul.j.per illum text.post Pan.ibi, vt lit.non contest.

b Alex. ¶Facit ad quæstio. Et istud dictum no.ad intellectum eorum, quæ dixi post gl.& Bal.in l.contrahitur.s̃.de pig.& adde, ꝙ licèt regulariter in sententia requiratur etiam scriptura, tamen fallit in causa matrimoniali, quam sufficit probari per testes, c.Albericus.& ibi Inn.extra, de testi.& ad Bart.hic adde no.per eum in l.sicut. C. de fide instru. vide etiam Bar.hic, & bal.in l.2.C.de eden.bar.& bal.in l.emancipati.de fide inst.& bal. in l.gesta.C.de re iudi.

c Alex. ¶Sufficit. Quando iudex pronunciat dicta testium haberi pro apertis, sufficit, & adde Bar.in d.auth.at qui semel.

1 *Possessio ex edicto diui Adria.non datur producenti exemplum testamenti.*
2 *Nec etiam datur producenti exemplum testamenti manu eiusdem notarij.*

a §.Si quis in duobus. [a] No.hic, ꝙ exẽplo nõ potest
1 peti bon.poss. Et † sic facit, ꝙ
possessio ex edicto diui Adria.non debeat ei dari, qui producit
exemplũ, licèt bo.pos.ex illo tit.differat multum ab ista, nam il-
la non põt dari, nisi producatur testamentum nõ vitiatum, &c.l.
edicto.C.de edi.diui Adri.toll.sed, ista datur, ẽt si tabulæ nõ pro-
2 ducantur, vt s̃.ea.l.§.sufficit. ¶Item † facit ad q. si vnus, & idẽ no-
tarius exemplificat testamentum suum dicẽs, hoc est exemplũ
cuiusdam testamẽti facti manu mei notarij, ex illo exemplo ñ
datur bo.pos.nec pos.ex edicto diui Adriani, vt hic dicit in testa
b tore, qui exemplauit suum testamentum. Prædicta vera,[b] nisi
exempletur ex protocollo notarij mortui, quia tunc habetur ꝓ
instrumento publico, & authentico, vt in c.cum P.tabellio, ex.
de fide instru. Nota bene tex.ibi, si verò id, quod exemplum, &c.

CONTRARIETAS, ET CONCORDIA.

☞ ¶Exemplo. Aduerte, ꝙ Bar. arguitur de contrarietate in hoc §. si quis in duobus, per Alexan.hic. Tu dic pro saluando Bar.vt in concordia posita ad l.Sempronius Proculo.ff.de leg.2.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Si quis in duob. aliqui allegant Bar.contrarium tenuisse in l.Sempronius Proculo.de legat. 2. licèt posset concordari, quod aut instrumentum subscriptum fuit, & publicatum, & creditur exemplo, vt ibi, sed si solummodo copiatur exemplum non creditur. vt hic. Et ad id, quod dixit hic barto. vide quod scripsi in authentic. si quis in aliquo.C.de edendo.post bartol.& bald.latè, & vide barto.in l.si quis ex argentariis.§. prætor ait.& §.prohibet.supra de eden.vbi etiam tenet contrarium, & facit hoc quod scripsi post Ro.in l.sciendum.de verb.obli.

b Ale. Prædicta vera. adde bar.in l.si quis ex argentariis.§.j.supra de edendo.& Cyn.in l. contractus.in fi.q.C.de fide instru.Spe.in tit.de instrumen.editio.§. ostenso.versiculo, illud quoque.cum le.

§.Exigit. Iurisconsultus procedit hoc ordine. Primo dicit
à quib.debent esse factæ tabulæ, vt bonor.posses.
dari possit. Secundò dicit, qũo. Tertiò qñ. Quartò dicit pro qua
parte debet dari bonorum possessio, s̃. vero dicit, ex quib.tabu.
datur bo.pos.& ita transit. Contra, immò sufficit, si habeat testa
menti factionem tempore testamenti, facti, vt j̃.ea.l.§.si quis au
tem. Gl. dicit multum bene, vide eam, quæ incipit, nota ꝙ duo-
a bus &c.& ipsam signa[a] ibi, non sic in duobus primis. immo idẽ,
vt probat §.j.proximè alleg.& per hunc §.& eius gl. quæ incipit
nota duo, &c. patet, quod Guil.de Cun.male dicit in l. & si filius.
§.si a filio.ibi, pone erat &c.supra ad Macedo.

ADDITIO.

a Ale. ¶Ipsam signa. Vide de hac gl.no.bal.in l.j.C.de sacr.eccl.in lec.in 3.q.in fi.& in l.fi.in fi.C.si à non comp.iud.& in l.fi.in ver.hic dubitatur.C.vnde legi.plenè per Imo.post alios in l.is, cui lege.de testa.& in l.Gallus, §.ille casus.ff.de lib.& posth.

§.Si linum. Hic incipit tractare, quales debent esse tab. vt
bo.pos.detur. Et ad euidentiam scias, ꝙ tabulę,
ex quib. petitur bo.pos.debent esse signatæ signis septem testiũ,
l.2.C.e.ti, Op.ꝙ non possit dari secun.tab. quia datur tantum ex ta
bu.in quib. sunt septẽ signa, vt j̃.e.l.chartæ.& C.e.l.2. Sol. licèt hic
linum sit incisum, tñ remanent septẽ sigilla, quia nõ fuit incisum
linum, in quo sunt septẽ sigilla appensa, sed aliud linũ. Vel si illud
linũ fuerit incisum, dic, ꝙ non est totaliter incisum, quod no. pg
rescripta antiqua: sꝫ qs inuestigabit hoc, an fuerit incisum linum
à testatore, vel ab alio? Rñ. ẽm iura hodierna, ẽm quæ sufficit sola
agnitio sine iudicis facto, nõ est dubiũ, sꝫ ẽm iura antiqua, ẽm quę
requirebatur decretũ iudicis, tũc nõ curo, qualiter iudex inter-
posuit decretũ, sed in bo.pos.hær.petitione examinabitur plene
à quo fuerit linũ incisum, ar.l.de pupillo.§.toties.j̃.de no.ope.nũ.

Libertus, qui soluendo. Op. interesse affectionis non debet considerari, l. prætia rerum. supra ad l. Fal. & l. eius serui, e. ti. So. interesse conditionis consideratur in hoc, an actio detur, vel non: sed quantum ad hoc, vt augeatur, actio non consideratur in contrariis.

¶ Quæro, ista lex procedit secundum ista tempora, quando patronus debet habere quartam cum ære alieno. Sed cum hodie debeat habere patronus sine onere, vt in §. sed nostra. Institu. de suc. lib. quomodo potest procedere ista lex? & per consequēs quæro, quid in filio, cui debetur quarta ære alieno deducto, & [a] funeris impensa, l. Papi. §. quartā autē. s̄. de inof. test. Cogitabitis.[a]

ADDITIO.

[a] Tho. Dip. ¶ Cogitabitis. Vide Ias. in l. eum, qui. C. de inof. testamen. & Moder. in d. §. sed nostra.

LEX XLI.

[a] Si libertus patrono. No. istum tex.[a]

ADDITIO.

[a] Tho. Dip. ¶ No. istum tex. Vide Bar. in l. 1. in prin. s̄. de vul. & pup.

LEX LXIIII.

Si patronum ex debita.

§. Si ex bonis, quæ mortis. Iste §. videtur contra l. serui, qui apud [a] hostes. supra ad l. Falc. & no. istum tex.[a]

ADDITIO.

[a] Tho. Dip. ¶ Istum tex. allegat pro fin. Sa. in l. scimus. §. repletionem. C. de inof. testa. & Ias. in l. cum quæritur. in prin. C. de inof. testa.

LEX LXVII.

Paulus respondit.

Paulus respondit, quamuis filij.

No. quòd præteritio, quę habetur pro exhęredatione, non proprie est exhæredatio.

LEX LXX.

Nihil interest. Not. ibi faciliorque suspicio, quòd in filio pręsumitur facilior suspicio, quā in alio. istum tex. allegaui ad quęst. in l. post contractum. infra de dona. & in l. filię meę. supra soluto matrimonio.

TITVLVS IIII.

De assignandis libertis.

LEX VII.

ASsignare. Ex ista lege coniuncta l. 1. § assignare. supra eod. tit. fundat gl. dictum suum, quòd in testamentis potest fieri contractus. Et ita vidi vitis gl. in l. heredes palam. in fine. s̄. de testa.

LEX VIII.

Liberi. Vide verba senatusconsulti. §. in l. j. §. assignare. Ex ista lege habes duo ibi, quod ibi manumissus, qui habet libertum, potest assignare: & ille, cui est assignatus, est perinde, ac si manumisisset: tñ vides, ꝙ ille, q̃ est assignatus, alteri non potest assignare, vt hic: & sic dices in d. l. j. ibi, perinde ac si, &c. & non est idem, quod si manumittat vere, & no. in rub. de assignã. lib. quod no. pro statutis, quæ dicunt, perinde sit, ac si fecisset, &c. Tene menti istam.

LEX X.

Sub conditione.

§. Si vni. iste §. facit ad q. in l. fi. ʃ. si pars hær. pet. & l. plane, le j. §. si coniunctim. suprà, de leg. j.

TITVLVS QVINTVS.

Si quid in fraudem patroni factum sit.

LEX PRIMA.

SI quid dolo malo. in versi. quod si in lite, vide, quod dũ dicit, vel in iure confessus, non petit, data opera statim confitetur, & videtur opera data facere: quod est nota. Et an confessio præsumatur facta in fraudem, dicam infrà, eadem l. §. si mutuam.

§. Si mutuam pecuniam. Vide, quod querela inofficiosi videtur quodammodo ad vindictam competere, vt actio iniuriarũ. Et vides hic no. immo magis expressum, ꝙ stipulatio, qua ꝓmitto tibi dare centum ex causa mutui, quæ confiteor me accepisse, non probat mutuum valere, & ideo quando est procurator factus ad recipiendum pecuniam mutuo, non obligatur dominus, si confitetur se accepisse, nisi dicat in instrumento, & in veritate recepit, & sibi mutuauit. Et facit pro hoc l. non abstulit. C. de noua. & ʃ. de noua. l. j. & ʃ. si cer. pet. l. eius. Et reuoco in dubium, Si aliquis in iudicio confitetur se habuisse tantum, an præsumatur fraus in ista confessione? Videtur, ꝙ sic ʃ. ea. l. §. ꝙ si in lite. & in hoc §. Sed dicere possumus, ꝙ quando quis promittit voluntariè in iudicio, vt quia dixit, iste tenetur mihi in tantum, & ille dixit, ꝙ sic: secus si dedisset libellum. & actio esset. Nam præsumitur in fraudem, quia non vr̃ voluntariè facere. & pro hoc facit, quod dicunt doc. in l. vnica. C. de confess. in q. de procuratore, & dixi in l. certum. §. sed an & ipsos. ʃ. de confess.

§. Si fideiussit apud me. In versicu. ibi oportet enim. Hic videtur casus quæstionis, quam formaui tibi in l. fi. ʃ. quæ in frau. cred. quando factus est procurator ad fideiubendum, si renunciauit beneficio de fideiuss. an videatur donare? Et dixi, quòd non: pro hoc est casus hic.

LEX III.

Si patronus hæres institutus.

§. Patronum. Habui in ciuitate ista illud dubium. Filius institutus heres agnouit hæreditatẽ, quęritur, an possit agere querela inofficiosi testamenti, & donationem reuocare? Et opponebatur, quòd non, quia est heres patris, & sic non potest factum patris improbare: hoc est verum, nisi sit factum in sui fraudem, vt hic, & C. eod. l. 2. & ibi bona gl. & ibi dixi.

LEX XI.

Non videtur. Nõ potest agere querela filius, si eo præsente pater donauit.

LEX XIII.

Constitutione diui Pij. Ista est bona lex, & contra istam l. videtur text. quia pater in bonis filij, & filius in bonis patris non habet istam Caluisianam, & reuocatoriam, l. j. supra, si quis à paren. fue. manumiss. & ibi dicam. Et de hoc habes C. e. l. 1. in 7. q. per Can. in c. Raynu. extra, de test. Bart.

TITVLVS VI.

Si tabulæ testamenti nullæ extabunt.

LEX VNICA.

POsteaquam.

§. Si emancipatus filius. Vides, quòd si filius nõ dicit nullum, tamen si tacet, alij sequentes veniunt, cum ipso iure testamentum sit nullum. Allegant doct. l. 2. C. de posth. hær. inst. & dixi in l. filio præterito. ʃ. de iniu. rup. & irri. testa. & tene menti.

TITVLVS VII.

Vnde liberi.

LEX PRIMA.

EMancipatus præteritus. in text. ibi, non fuit. & sic videbatur de iure prætorio intestatus.

LEX V.

Si pater filium. In tex. ibi, decesserit intestatus, relicto nepote in potestate aui, & quadam alia filia in potestate ipsius filij.

LEX VI.

Scripto hærede. Quæ est ratio? Dic, si venit ab intestato filius cum testamento patris: secus si ex testamento. Et dixi in l. qui in aliena. §. pe. ʃ. de acq. hę.

TITVLVS VIII.

Vnde legitimi, & vnde agnati.

LEX V.

INter agnatos. In tex. ibi, cõtinentur, consecutiuè, non contentiuè. Item ibi, non vtique, & agnati consecutiuè & fœminę sic, sicut genus continet suam speciem.

TITVLVS IX.

Vnde cognati.

LEX PRIMA.

HAec bonorum possessio.

§. Proximus. No. quis propriè. dicitur proximus propter statuta.

§. Si quis proximior. No. ꝙ nepos cõceptus & nat' post mortẽ aui non succedit Et de hoc feci vnam positionem, propter quandam matrem, quæ decessit post mortem patris relicto filio concepto, & nato post mortem aui, cuius hæreditatem mater non adiuit, & nepos volebat venire ad hæreditatem aui, & dixi quod non poterat per istum. §. & per l. si quis filio exhæredato. §. j. supra de iniu. rup. & irri. testam. Tamen istud est propter æquitatem, nõ ex sua persona, quia mater non aditam transmittit. Et hoc tenet Dyn. in decisi. magna, quam fecit super legatis, & dixi supra in d. l. si quis filio exhæredato.

LEX IIII.

Si spurius. Not. pro statutis, quæ dicunt de consanguinitate, quod consanguineus propriè est ex parte patris, proximus autem patris: ex parte patris, & ex parte matris.

TITVLVS DECIMVS.

De successorio edicto.

LEX PRIMA.

SVccessorium, edictum.

a §. Qui semel. a No. de verbo, noluit: quod ista verba, nolo bonorum possessio. petere, videntur habere vim repudiationis, quod videtur velle gl. in l. 2. C. de iur. & fact. ign. & l. 2. §. j. ʃ. ad Tertul. & in l. qui se patris. C vnde liber. & dixi alias in l. si quis. supra de iure delibe. & intellige, quod declarauit se nolle per repudiationem, vel pro tempore, quod præterijt, intra quod poterat petere.

ADDITIO.

a Ioan. Thom. ¶ Qui semel. No. gl. quæ est in §. sed videndum, quæ est sing. secundum quam dicit bal. sing. in l. licet. C. de iure delibe. consuluisse bar. quòd filia exclusa à successione matris ex testamento per lapsum triginta ann. potest venire ab intestato intra alios triginta annos, & adhuc elapsis his 30. annis, & sic 60. quamuis sit exclusa à primo capite, vnde liberi, adhuc intra alios 30. annos, possunt venire ex sequenti capite. vide Ale. in l. quandiu. supra de acq. hær. & ibi iaso in l. 3. C. de iur. & fac. igno.

LEX II.

Inferioris. Op. de l. j. § si quis adit. ʃ. ad Tertul. & l. 2. §. si bonorum. & l. 2. §. ergo. ʃ. de vulg & pup. Breuiter ista est responsio, ꝙ si aliquis abstinuit se per restit. in integrum, sequentes, qui debent, & possunt venire de iure prætorio, nunquam venirent, sed de iure ciuili tunc admittuntur.

TITVLVS XI.

De gradibus affinitatis.

LEX VI.

Abeo scribit. Not. vtrum dicatur affinis mihi ille, qui est vir, vel vxor cognati, vel cognatæ meæ? hic habes tex. ꝙ sic. ¶Itē hēs, ꝙ per sola sponsalia contrahitur affinitas. Sed op. §. e. l. non facile. §. sciendum. h. d. ꝙ per sola sponsalia, & ibi ꝙ nuptiæ debent esse nuptiæ licitæ, non vt excludant sponsalia, sed vt excludant coniunctiones illicitas, & nepharias, d. l. non facile. §. affines. §. e. & hoc de iure ciuili. De iure Cano. est totum contrarium, quia per nepharias nuptias contrahitur affinitas, vt no. in d. §. affines. & Canonistæ notant in arbore affini. ¶Et per hoc fuit quæstio. Hic est statutum, ꝙ non possit esse aliquis potestas, vel Capitaneus, qui esset affinis alicuius nobilis: modo fuit electus quidam dominus Guid. de Fauentia Potestas huius ciuitatis, qui contraxit sponsalia cum quadam nobili, quærebatur, an esset affinis? Dominus Recuperatus tunc, quia ego non eram hic, dixit, ꝙ de iure suo affinitas nō ɔ̄hebatur nisi per copulam carnalem, tamen bene dixit, quod de iure suo, quia potuit dicere quicquid voluit de iure suo: sed de iure ciuili per istam l. contrahitur affinitas per sola sponsalia, quia de iure ciuili debebat fieri ɔputatio. dicā ī. in l. fi.

LEX X.

Iurisconsultus.

§. Parentes. Not. ꝙ parentes dicuntur vsq; ad tritauum. Et facit ad quæstio. Dicit statutum, ꝙ quicunque erat scriptus in comitatu, nec ipse, nec eius parentes debeant scribi in ciuitate: & qualiter intelligantur parentes, & vides hic proprie qui sunt parentes. Item vides drīam inter liberos, & posteros, quia liberi vsq; ad tertium gradum, posteri in infinitum.

§. Sunt & ex lateribus cognati. Vides, quòd quælibet persona facit vnum gradum. hoc de iure ciuili, & in ascendentibus connumerantur de iure Canon. gradus eo modo, quo de iure ciuili, sed in transuersalibus duo fratres sunt in primo gradu de iure Canonic. sed de iure ciuili in secundo, vt hic. Pone statuta tota die fiunt, ꝙ priores non possint eligere aliquē, qui sit suus consanguineus vsque ad tertium gradum, debent intelligi gradus secundum ius ciuile, vel Canonicum, vt dixi in l. Labeo. supra eod. quia in affinitate differt ius Cano. à iure ciuili. Et gradus cōputatio, an in statutis debeat fieri secundum ius ciuile, vel Canonicum, Iaco. dispu. Bon. me existente, & dicit ipse, ista quæstio residet in hoc, an nos propriè numeremus gradum, an canonistæ, & dicit, quòd nos propriè, & hoc per istum tex. quia sunt ad similitudinem scalarum: sed de iure Cano. fit per saltum, quia relinquitur, vnus gradus, & dicuntur fratres in primo gradu, de iure Cano. non propriè, l. 2. supra de vsufr. earum rerum, quæ vsu consumuntur, & ideo statuta cum debeant intelligi secundum propriam significationem, ideo intelligitur proprius gradus, secundum ius ciuile. Certe beatus Grego. determinat illam q. 35. q. 5. cap. ad sedem. & ibi dicit, cum tractamus de matrimonio, debemus computare secundum ius Cano. sed quando de successione, tunc secundum ius ciuile. Et ratio est, quia in matrimonio tractamus de coniunctione duarum personarum, quæ efficiuntur vna, & ideo duo fratres sunt in vno gradu: sed in aliis aliter fit computatio, scilicet de iure ciuili, vt hic. Et sic cōsuluimus a Fran. Tigri, & ego
a hoc anno: & ita communiter seruatur in practica.

ADDITIO.

a Tho. Dy. I. D. Consuluimus. Et ita Bar. in cons. 15. inci. quæritur, vtrum gradus, & Fran. Tigri. subscripsit, & est in 2. vol. & illud cons. Bar. alle. Ale. & imo. in prin. C. de suc. edic. & adde, ꝙ idem tenet iac. But. in d. l. fi. & ibi Bal. & Sal. & vide Pe. de Anch. in c. canonum statuta. de const. & Ang. de Are. in §. fi. instituta de grad. & scripsi in addi. meis plenè in d. consil.

TITVLVS XVII.

De suis, & legitimis hæredi.

Glo. Continuat Rubricam, continua, vt in eadem.

LEX I.

1 *Intestabilis significat priuationem potentiæ.*
Intestatus priuationem actus.
2 *Pupillus, & furiosus ex communi vsu loquendi dicitur intestatus decedere.*
Statutum, quòd mater non succedat filio intestato decedenti, verificatur in infante decedente.
Communis vsus loquendi licèt non sit propria significatio, tamen propriæ significationi præfertur, & locum habet in statutis.
3 *Statuto stante, quòd forensi decedenti ab intestato succedat ecclesia, si aliquis decedat testamento condito, & postea ruptum est testamentum, ecclesia non succedit, nec testamentum dicitur ruptum.*
4 *Intestatum aliud est aliquem esse, & aliud haberi pro intestato.*

Ntestati. Oppo. & videtur, quòd ille, qui non pōt testamētum facere, dicatur intestatus, l. is, cui. §. fin. supra de test. So. Ibi dicit, intestabilis, hic in-
1 testatus. †Nam intestabilis, est nomen. Vnde significat priuationem potentiæ, vnde dicitur intestabilis, qui testari non potest: hic vero dicitur intestatus, quod est participium, quod significat priuationem actus secundum positionem potentiæ, secundum primam significationem, quia testari poterat. Per hoc
2 †dicit Pet. de Bel. quòd erat consuetudo in Anglia, quòd si forensis decederet intestatus, succederet ecclesia maior: modo decessit ibi quidam impubes, & furiosus intestatus. Certè dicit,
a quòd ecclesia non succedit, quia a propriè non decedit intestatus, & verba statuti debent intelligi in dubio secundum propriam significationem, l. nō aliter. supra de lega. 3. & l. j. §. si is, qui nauem. de exercitor. per hoc etiam videtur, quòd statutum ciuitatis, quo cauetur, ꝙ mater non succedat filiis ab intestato, vel filiis intestatis, ꝙ non habeat locum in pupillo decedente, quo-
b niam ille proprie intestatus b non decedit, vt hic: sed in partib. Tusciæ communis vsus loquendi se habet, quòd etiam ille, qui non potest facere testamentum, dicatur decedere intestatus. Et pro hoc facit hic ista lex, quæ dicit, pro intestatis accipere debemus. Communis enim vsus loquendi non est propria significatio, l. Labeo. de sup. le. & l. cum de Lanionis. §. asinam. de fundo instru. tamen communis vsus loquēdi præfertur propriæ significationi, l. librorum, §. quod tamē Cassius. §. de le. 3. & ideo putarē matrem repellendā: & quod sic intelligatur de cōi vsu loquen-
3 di, est hic tex. ¶†Item quæro, aliquis fecit testm̄, qđ postea est ruptum agnatione, vel repudiatione hæreditatis, vtrum succedat tunc ecclesia, de qua dicit statutum, ꝙ succedat decedentibus intestatis? Tex. hic vr̄, ꝙ sic, qa propriè est intestatus, qm̄ testm̄ rūpitur.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Non succedit, quia. Sed contra bart. expresse. firmat bal. in c. j. in prin. de suc. feu. nisi statutum esset per consuetudinem aliter interpretatum, & ita refert se pluries consuluisse, & habetur per eundem bal. in l. 2. C. qui test. fac. pos. & in l. cum antiquioribus. C. de iu. delib. per Vltram. in l. j. C. quando imp. inter pup. & vid. vbi tenuerunt prędictam opin. & bald. & contra bart. etiam videtur tenere Ang. per illum tex. in l. in testamento. C. de test. mili. ibi, in contestatione filiæ, &c. Et in hac materia consuluit barto. & habetur per Imo. in l. Centurio. de vulg. & pup. & in c. cum tibi. de testa. ad fi. & Alb. de Rom. in quadam sua dispu. & Bald. in l. in testamento. §. de leg. tut. & vide omnino Bald. in l. 3. in fin. C. si pē. ap. mors inter. & Cyn. etiam in d. l. 2. C. qui test. fac. poss. cuius opin. etiam est secutus consulendo Imo. in consilio inci. in casu pręmisso primo discutiendum est, qui successit, nisi probaretur aliter esse de communi vsu loquendi, & ita intelligit opin. barto. hic bald. in consi. inci. in Christi nomine amen. si mater non extat, tenet contra Barto. quòd non verificetur statutum in pupillo, nisi probaretur de communi vsu loquendi, quod dicitur esse difficile, in illo casu dicit, quòd procedit opin. barto. & quòd Iurisc. hic non fecit fidem de tali vsu loquendi, & illud cons. recitat, & sequitur Pet. de Anch. statim post med. dicti cons. in versi. quid dices de patruo. & ibi etiam dicit se pro hac parte sæpius consuluisse Bono. & quòd barto. est solus, sed pro barto. facit l. sciant, C. de leg. hære. Pau, in l. generaliter. in princ. C. de insti. & substi. dicit, quòd Christofor. Castil. & Fulg. ibi ponderant tex. ibi, quòd aliud est dicere sine testamento, & sic cōfirmat, quòd statutū, de quo hic per bart. licèt nō habeat locum in pupillo, tamen si statutum diceret, si decesserit sine testamento, vel ab intestato, bene haberet locum, quia diuersa sunt. d. l. generaliter. Pau. de Cast. ibi subdit, quòd illi, qui tenent contra barto. hic, non videntur bene ponderasse istum tex. nec secundū eum bart. ponderauit, quia secundum bar. debet probari vsus loquendi, sed secundum eum non debet probari, quia tex. hic videtur velle, quòd pupillus habetur pro intestato, & quòd iura, quæ loquuntur de intestato, vendicent sibi locum in pupillo, & ita dicit se pluries consuluisse, licèt videatur opin. dicti Christ. fore in contrarium, & in materia etiam vide bald. in l. si arrogator. de ado. & bald. omnino Insti. de hære. quæ abinte. qui dicit, ꝙ statutum loquēs de decedente ab intestato, & sic per aduerbium, benè comprehendit intestabilem. contrarium sentit Cy. in l. 2. in vlt. q. C. qui test. fa. pos. & & Ful. de Cu. in l. 1. C. quando Impera. inter pu. & per doc. in d. locis. & per bart. in consilio incip. in q. prædicta plura videntur moueri dubia. & in cons. incip. statuto vrbis veteris. & in consi. incip. puella, &c. & in cons. incip. hic est copia. & Ang. in cons. 26. & in cons. 25. & in cons. 101. vbi omnino vide. & in cons. 95. inci. in Dei nomine. Rom. aliàs Traianus, aliàs Iuli. vbi videtur transire cum bart. expresse transit Pau. de Castr. cons. 284. contentus authoritate barto. & per Alb. in 1. par. statu. quæst. 44. Adde, an pupillus dicatur decedere ab intestato, Bald. cons. 34. de iure communi. 1. libr. & consilio 44. quidam nomine blasius. co. 1. libr. & cons. 4. & communis opi. & cons. 322. & cons. 234. statuto cauetur. Pau. de Castr. consilio 288. Roma. consilio 4. & 32. abb. cons. 75. 2. lib. bal. etiā cons. 342. & 58. & 266. 4. libr. Cal. cons. 47. de testamen. Et quòd communis vsus loquendi habeat locum in stat. adde Mat. no. 96. & Felin. in proœ. dec. in g oss. i. circa prin. Et secundum. opin. bart. hic consuluit Paulus de Castr. cons. 147. in anti. inci. pręsupposito quodam statuto.

b Pom. ¶Propriè intestatus. No. deinde vide alexand. in l. generaliter. in prin. C. de inst. & sub. vbi tenet contra bart. hic, & vide bald. cons. 342. in 3. vol. & cons. 38. & cons. 44. & & cons. 4. in 4. vo. Rom. consi. 4. & consi. 32. Pau. consi. 67. in 3. volumi. Philip. cor. in d. l. generaliter. & ibi Raph. Cu. referentem consuluisse Bald. & Sal. in hoc vide etiam Pau. cons. 75. in 1. dub. in 2. vol. & cons. 22. eo. Fel. in proœ. dec. & Bart. cōs. 132. & cons. 126. Ro. cons. 199. Cur. cons. 111. vlt. dub.

pitur Contrarium dico secũdũ propriam significationem, quia
consuetudo requirit, quòd decedat institutus, hoc est eo tẽpore,
quo decedit, sit intestatus, l. in delictis. §. si extraneus. supra de no
xa. & leg. Titius. supra de test. mi. Sed iste, qui fecit testamentum,
quod rumpitur, non decedit intestatus tunc propriè, cum moritur,
sed tunc propriè cùm destituitur testamentum: hic est casus
Insti. de leg. agna. suc. §. proximus. Vnde secundum propriam
significationem non succederet ecclesia: sed ex communi vsu lo
4 quendi aliter intelligimus, vt dixi. ¶ Tertiò no. istum † tex. qui
dicit, sed hos quoque pro intestatis, &c. Ex quo habes, ꝙ aliud ẽ
aliquẽ esse intestatũ, aliud pro intestato haberi, quia ista verba si
gnificãt improprietatẽ. Dixi in l. ptor. §. si qs paratus. de ope. no. nũ.

§. Quæri poterit. Ex seruo, qui moram patitur libertatis, dicitur nasci suus, & liber, nec dicitur nasci seruus, cum libertatis moram patiatur. h. d.

§. Quare ausim. Dicitur hic, siue naturalis, q̃ro, vtrũ debeat intelligi de naturalibus tantum, vel de naturalibus, & legitimis, So. intellige, scilicet de legitimis, vt no. infra ea. l. §. fina. Nam naturalis tantum non est suus, quod apparet, quia non est in potestate, quia ex iustis nuptiis nõ est procreatus, vt Insti. de pa. po. in prin. & l. nam ciuium. de his, q sunt sui, vel alie. iu. quod ita sit, apparet, quia talis filius præterit⁹ non habet aliquod ius contra testamentũ, vt no. in l. 1. circa prin. suprà, de contrata. Secundam partem huius §. de damnato crimi ne perduellionis, dic, vt dixi in l. qui à latronibus. §. 1. suprà, de testa. & no. Insti. eo. §. per contrarium.

1 *Successorium edictum an habeat locum in suis.*

§. Si filius suus. Dicitur hic, quòd filius desinit esse in potestate capitis diminutione, magna, vel minore: quæro, quid de minima? Glo. videtur dicere, quòd non: sed falsum videtur dicere, quia capitis diminutione minima, vt emancipatione, quis exit de potestate, vt. §. minima. Insti. de capi. di. & l. tutelas. de cap. di. & l. Gallus. §. & quid si tantum. suprà, de lib. & posth. Sustinendo glo. dicas, quòd gl. intellexit hic, quando capitis diminutio contingit in persona patris: nam tunc per mediam, & maximam filij liberantur à patria potestate non per minimam, quia transeunt à patre in potestatem arrogatoris. Sed si intelligimus de cap. diminutione minima cõtingẽte in
ꝑsona filij, tunc glo. deberet dicere media, & minima, non autẽ.
1 non minima. ¶ † Quæro, vtrũ hoc procedit hodie, ꝙ filio emãci
pato nepos teneat locum sui: Glo. tangit in l. Gallus. §. & quid si
tantum. s. de lib. & posthu. & tenet, ꝙ sic, Ego tenui contrarium.
quia casus est in contrarium, quia emancipatus succedit hodie
ad similitudinẽ sui, casus est in l. meminimus. §. j. C. de leg hered.

§. Sed si quis. Succedere dicimur non solum ei, qui habere desinit, sed etiam ei, cui spes habendi deficit. No. tex. ibi, non minus autem nepos, quàm nepotes succedunt in locum parentum suorum, hoc ideo, quia text. in corpore de hære. ab intest. dicit, quòd in locum parentum veniunt filij, & filiæ eorum: nec dicit de pronepotibus. Certe idem erit de pronepotibus, vt hic, quia ibi appellantur filij,

1 *Nepos an possit institui sub omni conditione.*
2 *Filia exclusa a statuto non dicitur sua.*
3 *Nepos ex filio emancipato non tenet locum patris.*

§. Sciendum. Quando quis intestatus decedit, an quis sit suus, tempus mortis inspicitur: sed si de
cedit facto testamento, tempus, quo testamentum destituitur,
1 inspicitur. h. d. † No. tex. ibi, quamuis successio in suis hęredibus
non sit. Ex quo habes, quòd in suis hæredibus non est locus suc
cessorio edicto: quod an sit verum, dicam j. prox. §. Secundò
a no. a † quod nepos potest institui sub omni conditione, vt hic,
2 ibi, vel nepos, &c. De hoc dic, vt in l. suus quoque. in prin. s. de hę
red. inst. & l. sed si conditio. §. nepotes. eo. ti. vbi dubitatur per gl.
tamen casus est hic circa istam materiam de suis hæredibus.
3 † ¶ Quærø, dicit statutum b huius ciuitatis, ꝙ filia fœmina non
b succedat ab intestato masculis extantibus, quæro, vtrum filia fę
mina dicatur esse sua hæres? Certè non, quia vides hic, ꝙ filius
c exhæredatus nõ est suus, vt hic: & eadem ratione filia priuata à
d statuto successione d non est sua: & hoc prodest scire ad multa.

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Secundo no. Et vide do. meum plenè in d. §. nepotes.

b Poma. ¶ Quæro, dicit statutum. Et vide in l. Titio centum. §. Titio genero. de cond, & dem. & in l. filius. ad Tertul. & in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup. De isto puncto vide Ias. in l. qui se patris. C. vnde lib. Alex. cons. 132. inci. visa facti narra. in j. vol. & de ratione istius statuti vide Alex. cons. 2. vo. & cons. 186. ad fi. eo. vol. vbi ponit, an habeat locum in legitimato. vide Barb. cons. 4. in j. vol.

c Alex. ¶ Priuata a statuto. Exclusus a statuto desinit esse suus. hoc idem tenet Bald. in l. maximum vitium. circa fi. C. de li. præte. quod perpetuo not. & ponit Bal. in l. cunctos populos. de sum. trin. & per Ro. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ad Treb. sequitur etiam Ro. in l. ventre. C. de acq. hære. Et facit quod voluit Bald. in l. qui se patris. C. vnde lib. vbi dicit, quòd statutum disponens, vt filius posit se abstinere, tollit omnem sui tatem, & omnes ei s effectus. quod dictum sequitur ibidem Pau. de Castr. & in l. j. C. vt se ab hæred. abst. Adde quæ posui in l. maximum vitium.

d Claud. Successione. Hoc verum quãdo in totũ excluditur vel simpliciter: secus si statutũ iubeat eam dotari vel aliquid relinqui: vt vult bar. cons. 131. & Alex. cons. 131. lib. j.

1 *Duo an de iure ciuili possint esse hæredes insolidum.*

§. Post suos. Dicitur hic, ꝙ pòst suos statim vocantur cõ sanguinei. Contrà, imò non est locus succes
sorio edicto extantibus suis de capite in caput, nec de gradu in
gradum, vt supra proxim. §. & supra. vnde liberi. l. scripto. & l. qui
se patris. cum sim. C. vnde lib. Gl. dicit, intelligitur, ꝙ hic nunquã
fuerunt sui, ideo vocantur consanguinei, nõ ex vigore edicti suc
cessorij, sed quia ipsi primi reperiuntur, & hoc verum mero iu
re ciuili, secundum quod sui hæredes erant, siue vellent, siue nol
lent: sed considerato iure prætorio erat locus successorio edicto
extantibus suis, & sic d. l. qui se patris est correcta. Alij dicunt cõ
trarium, ꝙ nepos non potest admitti vt suus, quia non est locus
successorio edicto extãtib. suis: sed admittitur vt agnatus per bo.
po s. vnde agnati, de iure præt. Ia. de Are. Pe. & Cy. & Ia. Bu. & Ray.
de For. tenebant istam opinionem secundam. Semper ego dixi, ꝙ
in hoc malè dicunt, & gl. dicit verum. Et ratio istorum doct. est i
sta, quia non possunt esse plures hæredes in solidum eodem iure,
l. si vt certo. § si duobus vehiculum. s. commodati. & l. quod con
tra. §. vni duo. j. de reg. iur. & l. hæreditate. §. fi. de cast. pec. sed filius
de iure ciuili est hæres, velit nolit: ergo alius nõ pt esse hæres de
iure ciuili. Sed malè dicunt, & ꝯ casum l. j. §. si quis adita. j. ti j. vbi
si aliquis adiuit hæreditatem, postea abstinuit per beneficium re
stitutionis in integrum, alius admittitur ex l. 12. tab. non obst. qa
primus, qui est hæres institutus, remanet hæres de iure ciuili, l. 13
& fine. §. sed quod Papinianus. de min. & l. ei, qui soluendo. in fi.
1 de hær. inst. & tamen ibi sunt duo hæredes de iure ciuili. † Ad ra
tionem eorum, quæ est, ꝙ nõ possunt esse duo hæredes eodem iu
re, concedo, verum est, & eodem respectu, sed diuersis respectib.
sic, vt puta, quia vnus est hæres de iure ciuili directò, alius de iure
ciuili vtiliter, & ita in toto ti. ad Treb. quia hæres habet directas
de iure ciuili, fideicommissarius vtiles de iure ciuili, quia ex sena
tusc. & sic erit hic primus hæres de iure ciuili directò, alius vtili
ter. Dixi in d. l. qui se patris. C. vnde lib. & in l. exhæredatum. de re
iud. & sic gl. bene dicit. ¶ Vltimò no. gl. quæ incipit, & etiam con
cepti, &c. quam sæpe all. Dy. ad hoc, ꝙ à quo remouetur genus, &
quælibet eius species.

LEX II.

Post consanguineos. No. ꝙ inter agnatos non est locus successorio edicto, sed corrigitur, vt dicitur in gl.

1 *Filij duorum fratrum qualiter succedant patruis, & auunculis, & qualiter cũ eis, & qualiter aliis succedant.*

1 §. Hæreditas. ¶ † Quidam decessit relictis filiis duorum fratrum, nullis extantibus consanguineis,
a quæro, vtrum a filij succedant in stirpes, vel in capita? b In hoc
b fuit op. olim inter Azo. ex vna parte, & Accu. ex alia. Dicebat Azo,
eos vocari in capita, & no. ipse in sum. C. de le. hæ. & glo. recitat in
auth. cessante, eo. ti. in quo vr residere glo. Inst. de leg. agn. succ. §.
hoc etiam, quod videtur probari per illum tex. & per l. legem 12.
tab. in fi. C. de legi. hære. & s. si pars hæred. pet. l. j. in fin. & hoc §. in
vers. hæreditatis. domi. Accur. consuluit ꝯrium, & ego vidi in suis
consiliis, & hoc gl. in auth. cessante. & in d. l. j. in fi. si pars hæ. pet. in
gl. super ver. hæreditatis, & in gl. super ver. vendicationem. dicẽs
iura antiqua Digestorum, & Codicis corrigi in hoc per d. authẽ.
Moderni doct. quidam tenent opi. Azo. vt Rof. eius discipulus in
ti. de bon. pos. vnde cogn. §. vlt. quem Spec. in ti. de succ. ab intest.
c recitat. & nihil firmat Iac. de Are. Dy. & Cyn. tenent opi. Accur. vt
patet ex no. per Cy. in d. Auth. cessante. Iac. But. ibidem tenet opi.
Azo. ꝙ succedant in capita, & solum succedant in stirpes, quando
succedunt cum patruis, per ius auth. Ratio tunc est, quia succedi
tur ꝯ ius commune, cum patrui, qui sunt proximiores in gradu
defuncto, de cuius successione tractatur, deberent præferri nepo
tibus, qui sunt in remotiori gradu. Vnde hoc in priuilegium nepotum
est, vt in locum suorum parentum succedant. Sed quando
succederetur inter se, non existentib. patruis, remanerent iura an
tiqua incorrecta, vt vr innuere tex. vt in d. Auth. de hær. ab intest.
§. si igitur defunctus. circa fin. ibi, hoc beneficium, &c. ¶ Ego ve
rò inter tantas op. cũ de facto occurrit, ab opi. Accu. non discessi,
nec discedo, immo eam teneo tanquam veram. Primò per text.
quem alle. in §. si vero neque fratres. in auth. de hær. quæ ab inte.
Secundò per casum in eod. titu. §. illud, qui §. præcedit d. §. si vero.
vbi expresse dicit, quòd quando nulli supersunt filij masculi, vel
fœminæ, filij fratrum succedunt in locum parentum suorum, qui
erant in secundo gradu, & excludũt alios, qui in tertio sunt, licèt
ipsi in tertio sint, & ibi de hoc tangitur per Iac. de Bel. Hoc etiam
dicitur in auth. post fratres autem ex vtroque. ver. hic autem, &c.
Apparet ergo ex prædictis, quòd etiam quando succedunt cum
his,

ADDITIONES.

a Barb. ¶ Quæro, vtrum. Et vide Bar. in auth. cassa. C. de sacros. eccle.

b Poma. ¶ Vel in capita. Vide alex. cons. 55. in 3. vo. vbi ponit, quid in bonis feudalibus.

c ¶ Recitat: Et ibi late per Io. And.

his, qui ſunt pares in gradu ſuccedunt in locum patris eorum, & ſic in ſtirpes. Præterea probatur, quia ſi aliud diceres, ſequeretur, ꝙ licèt quo ad patruos ſuccederent in ſtirpes, tñ inter ſe fieret diuiſio in capita, vt in hoc exemplo, Defunctus eſt Titius relicto fratre, & ex alio fratre vno nepote, & ex alio fratre duobus nepotibus ille frater haberet tertiam: nepotibus remanent aliæ duæ partes, quæ deberent inter ſe diuidi in capita ſm prædictam opi. & ſic quilibet haberet tertiam, quia non vtuntur priuilegio inter ſe. Hæc conſequentia probatur in ſimili. ſ. de vul. & pu. l. qui cum plures. & iſta conſequentia eſt falſa, d. §. ſi igitur defunctus. quia quilibet vocatur in eam partem, quam pater accepturus erat, ergo eſt falſum antecedens. Manifeſtè ergo concludit, ꝙ filij fratrũ
a inter ſe ſuccedant in ſtirpes, quod eſt verũ, qñ tractatur de ſucceſſione alicui' ex patruis, vel auunculis. Si verò tractatur de ſucceſſione aliorum, tunc remanet, ꝙ ſuccedant in capita, d. §. ſi vero neque fratres. & ſic iſte §. in vno corrigitur, prout dicit de eo, qui deceſſerit relictis filiis duorum fratrum: in alio exemplo remanet incorrectus, prout loquitur in eo, qui deceſſerit relictis filiis duorum patruorum, & ita de facto conſului in ciuitate Aſſiſij.

ADDITIO.

a Ale. ¶Succedant in ſtirpes, Vtrum nepotes ſuccedant in capita, vel ſtirpes, & vide quod no. bar. in l. j. ſ. ſi pars hæ. pe. Et hanc opi. videtur etiam ſequi bald. in feudis in c. j. in prin. de ſuc. feu. & per eam in c. j. de ſuc. fra. in feu. & etiam ſequitur bal. & Acc. in c. j. de na. ſuc. feu. & vide bal. in c. j. §. & quia vidimus. qui feu. da. poſ. & acc. & bar. ſequitur etiam Fran. de Ram. in d. auth. ceſſante. & eſt communis opi. & etiam eam tenuit Mat. in tracta. de ſucc. ab inteſta. in tertio arg. prin. & in feu. etiam vide no. per bal. in l. 2. C. de ſuis, & leg. in ſim. vide duas q. no. per bal. in auth. poſt fratres. la 2. C. de le. hæ. & tex. cum gl. in l. lege. ad fi. e. ti. Sal. in auth. ceſſante, e. ti. tenet opi. azo. & conſ. bar. inc. ſuper hær. do. Nic. vbi tenet idem, quod hic, nullo addito.

§. Parui autem. Iſtud, quod dicitur de adoptiuis filiis, dic hodie, vt in l. cũ in adop. C. de ado.

1 *Tertius ex vtroque parente an præferatur tertio ex altero parente.*

§. Legitima. Dr̃ hic, quòd ille admittitur, qui eſt proximi or. Dicit glo. fallit in mulis, in gloſſ. patet. Item do tibi aliam fallentiam in duobus fratribus, quorum vnus eſt coniunctus ex vno parente, alius ex duob. præfertur ergo ille, qui eſt coniunctus ex vtroq; parente, auth. ceſſante. de le. hær. & in corpo. vnde ſumitur. ¶† Sed quid in tertiis, vtrum tertius ex vtroq; parente præferatur tertio ex vno parente tantum? pone exemplum duobus modis. Primò pater meus habuit vnum fratrem ex vtroque parente, alium ex vno parente tm̃, tractat de ſucceſſione mea. Secundo pone, ꝙ habens duos ex prima vxore accepit vxorem ſecundam, & vxor habebat filiam ex alio matrimonio, quám filiam tradit nuptui vni ex filiis ſuis primi matrimonij, ex qua natus eſt filius. Filius natus ex ſecunda vxore eſt ter
a tius huius filij ex vtroque parente, quia frater carnalis patris, & frater carnalis matris. Filius primi matrimonij eſt tertius ex vno parente tm̃, quia frater carnalis patris: quæritur, vtrum in ſucceſſione præferatur? Circa hanc q. quam vidi de facto, hoc dico, & ſalua meliori deliberatione puto, ꝙ non. Nam illud, qđ dr̃, vtrum ſint ex vno parente, an ex vtroque, non habet locum, niſi qñ tractatur de ſucceſſione fratrum, vel patruorum: ſecus ſi de ſucceſſione vlteriorum, d. §. ſi vero neque fratres. ibi. n. ſola propinquitas inſpicitur in gradu, non vincula, quibus non iunguntur: ſm hoc §. iſte in hoc non corrigitur. Ita debetis intelligere.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Quia frater. Et iſtud idem probatur ſubtiliter inducendo in Auth. de hær. ab inteſt. §. reliquum, & in §. ſi igitur defun. in ver. huius priuilegium, & in §. ſi verò neque fratres, hic alle. & ita ibi formant iac. de bel. & Bar. in lec. & facit ſ. ea. l. in prin. & ita conſulendo refert Bar. tenuiſſe Fran, Ber. de Peru. & Aloiſium de Laiſſiglialis de Floren. & ibi etiam dicit Batt. ſe hic ita tenuiſſe, & vide Bal. auth. ceſſante, de le. hære. vbi videtur tex. hoc etiam tenet Pa. de Ca. in auth. poſt fratres, C. de leg. hære. & in ſuo conſi. 367. & Bal. in conſ. inci. in Chriſti nomine, talis punctus eſt, Titius deceſſit.

§. Interdum. Proximior intelligitur de tpe mortis, ſi nullum cõditum eſt teſtm̃: aliàs proximior intelligitur eo tempore, quo teſtamentum non deſtituitur. h. d.

§. Vnde belle quæri. Scripto hærede repudiãte ſuccedunt proximiores in gradu cum onere fideicommiſſi ab inteſtato repetiti. h. d. & eſt ſcabroſus §. Op. inter agnatos non eſt ſucceſſio, vt ſ. ea. l. in prin. Solu. illud verum, cum vnus ex agnatis fuit eo tempore, in quo hæreditas fuit delata, ſed hic agnatus deceſſit, antequam hæreditas eſſet delata: ſed hodie in totum eſt ſucceſſio, vt Inſt. de leg. ag. ſuc. §. placebat. Item op. ꝙ hæreditate nõ adita fideicommiſſum extinguatur, l. ille, à quo. §. ſi de teſtõ ad Treb. dicunt quidam, ꝙ hic fuit relictum à venientibus ab inteſtato. Sed certè hoc eſt ꝯ text. qui dicit, ꝙ fuit relictum ab hærede ſcripto. Quare alij dicunt, ꝙ hic fuit hæreditas adita. ſed hoc eſt ꝯ tex. qui dicit, ꝙ fuit repudiata. Quare dic, ꝙ fuit relictum ab hærede ſcripto, & repetitum à venientibus ab inteſtato, aliàs non procederet, niſi forte ſecũdum aliam lect. quæ eſt in l. eam, quam. C. de fideicom.

LEX III.

Inteſtato liberto.

§. Poſt decem. De hoc dixi aliquid in l. Gallus. in prin. de lib. & poſth. & Dy. ſuprà, d ſtatu hom. l. ſeptimo menſe. & ibi ſcripſi multa ſcripta magiſtri Gentilis.

LEX VIII.

1 *Nepotes propriè dicuntur illi, qui tempore mortis eius, de cuius ſucceſſione quæritur, ſunt nati.*
2 *Poſteriorum appellatione comprehenduntur omnes deſcendentes in infinitum.*
3 *Emphyteuſis ſi eſt accepta pro ſe, filiis, & nepotibus, nepotes non concepti admittuntur ad eam.*

a Item prætor. [a]No. tex. ibi, non propriè, &c. Ex † quo
1 habes, ꝙ nepotes propriè dicuntur illi, qui tpe mortis eius, de cuius ſucceſſione quæritur, ſunt nati. Sed pone fuit ſtatutum hic tpe aduentus Imperatoris Feder. quòd aliq nobiles eſſent exbanniti, ipſi, & eorum filij, & nepotes. Certè ſi ſunt aliqui nepotes, qui non erant concepti tunc, non comprehenduntur: ſed ſi vis, ꝙ ipſi comprehendantur, dicas, ꝙ ipſi, & eo
2 rum poſteri. Nam poſterorum † appellatione comprehendunt
3 omnes deſcendentes. † Hic eſt tex. in l. iuriſconſultus §. parẽtes. ſ. de gra. ¶ Itẽ quæro, aliquis accepit emphyteuſim pro ſe ſuiſq; filijs, & nepotib. modo nepotes non erant tunc concepti. an cõprehendantur: Vr̃, ꝙ non, vt hic. Dico, ꝙ iſti nepotes admittũtur, & ex illo inſtrumento eis quæritur ius: quia hic dicit̃, habet locũ tantum in acquiſitione hæreditatis legitimæ. Et not. quod dico
b legitimæ, [b] de bon. poſſ. intelligitur, ſecus in alijs acquiſitionib. Hic eſt tex. no. in l. Paulus. §. Paulus. de bonis lib. & ſcripſi in l. qđ dicitur. de verb. obli. Prædicta vera in acquiſitiõibus: in diſpoſitionibus vero pęnalibus dic, vt dixi ſuprà, in j. q.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Item prætor. Vide gl. & doc. in l. j. C. ad Orfi. & ad iſtum tex. no. ibi, non proprie, & cæ. bene facit glo. no. in l. quòd ſi nepotes. de teſtamen. tuto. & pro intellectu huius l. vide Bald. in leg. ſi in perſonam. C. de fidei. no. per Bar. in leg. j. C. de his, qui ante aper. tab.

b Ale. ¶ Legitimæ. Vide Bal. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. & etiam in vlti. q. & in l. ſi in perſonam. C. de fideicom.

LEX IX.

Si ex pluribus. [a]Ius accreſcendi ſequitur rẽ, & iuramẽto ad hæredes tranſit: ius ſubſtitutionis reſpicit perſonam, ideo ad hæredem non tranſmittitur. h. d. No. gl. ibi, & licet. &c. quæ ſit ratio huius l. dic, vt hic in glo.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Si ex plurib. Vide Bal. in leg. j. in 11. q. C. quando non pe. par. ſed ſi caſus ſubſt locum non habet, an redeat ad coniunctum, vel ad quem? vide Bar. in l. re coniuncti. in 3. q. 2. q. prin. de leg. 3. quia eſt quæſtio valde no.

Pom. ¶ Vide aliquid per Alex. in l. teſtamento. ad fi. C. de impub.

LEX XI.

Capitis. Rationem huius l. vide, quia per l. 12. tab. defertur hęreditas per nomina deſignantia agnationem: ſed per emancipationem deſinit eſſe agnatus, ergo. &c. ſed per ſenatuſcon. defertur hęreditas per nomina naturę, vt pater, mater, quę nomina per emancipationem non tolluntur, l. tutelas. de cap. dim. Sed hęc lex hodie corrigitur, quia ſublata eſt dñia emancipationis, & patrię poteſtatis, per Auth. de hęr. ab intereſt.

LEX XV.

Si pater. Iſtius l. intellectum pono plenè in l. ſi is, qui pro emptore. de vſuc. in trac. de fictione tranſlatiua. Opp. de l. ꝙ ſi filius. de capti. Rñ. glo. ſui iuris creditur deceſſiſſe, quantum ad ſucceſſionem ab inteſtato, non quantum ad ſubſt. pup. & ideo dic, vt in gl. Tu vero dicas, ꝙ iſtud eſt verum quantũ ad pupil. ſubſt. ſed quantum ad tacitam vulgarem, quæ continetur in expreſſa pupillari, dic, vt dicam in l. j. ſ. de vulg. & pup.

TITVLVS XVIII.

Ad ſenatuſconſultum Tertulianum.

LEX PRIMA.

Sive ingenua. Tota iſta lex tractat de beneficio ſenatuſcon. Orficiani, per quod filius ſuccedit matri: ſed ſecunda lex loquitur de ſenatuſconſulto Tertuliano, per quod mater ſuccedit filio.

§. Si ea. Not. hic caſum ſpecialem, quo hæreditas matris nõ adita tranſmittitur ad hæredes. Et ratio eſt, quia abſque ſui culpa adire non potuit. alios caſus habes in l. ventre. de acq. hæred.

§. filio. Hic eſt bene nouus caſus. Similem caſum habes ĩ. l. p xi. §. j. Iſte §. vr̃ de verbo ad verbum contra l. interdicit. de cond. & dem. contra diſtinctionem, quam dedi in l. ſi cognatis. de reb. dub. vbi dixi, quòd ille q efficitur ſeruus hominis, & poſtea liber, admittitur, ſecus ſi efficiatur ſeruus pęnę: dr̃ hic totum econuerſo. Rñ. in ſucceſſione ex teſtamento procedit illa diſtinctio, quam dedi in d. l. ſi cognatis. in i. lect. ſed in ſucceſſione

ne ab intesta.erit distinguendum totum econuerso Ratio est,qa ille qui efficitur seruus hominis,non efficitur eius conditionis, vt non sit successibilis ex testō:quia alium potest facere hæredē ministerio suo,l.si pater.s̄.de hære.instit.sed ille,qui efficitur seruus pœnæ,ex testō fit insuccessibilis & si restituatur,vt alius homo,l.si seruus.in fin.s̄.de adi.le.in successione vero ab intestato totum econuerso.Nam ille,qui efficitur seruus hominis,desinit esse agnatus,vel cognatus omnino:& licèt efficiatur liber , nunquam reassumit, quia remanet libertus alienus,ideo nunquam ius succedendi recuperat,vt hic.Facit l. homo lib.de stat.ho.sed si seruus pęnæ efficitur,& restituatur,naturalia, & ciuilia iura recuperat,merito habilis ad succedendum reperitur:quod intelligo verum,nisi hæreditas esset apprehensa,vt no.in l. Gallus.§.& quid si tantum.in fi.gl.ma.supra,de lib.& posth.

1 *Interpretatio quid sit.*

a §.Qui operas. [a]No.gl in verb.interpretatione, quæ dicit,iterpretor.i.corrigo.Ex quo habes,
1 †quid sit dicere interpretatio. Simile no.in l.j.s̄.de ori.iu.& ibi glo.alle.istum tex.¶Opp.ȷ̄.§.prox.Sol.illud, quod dicitur de eo, qui locauit operas suas,vt cum bestijs pugnaret.

ADDITIO.

a ale.¶Qui operas.Quid sit interpretatio,vide bar.in l.ab executione,C.quo.app.in pri. & habes tex,& ibi bal.in l.Gallus,§.etiā si parente,de lib.& post.& quot modis hic sumatur interpretatio,vide latè bal.in l.3.C.de lib.præt.

1 *Hæreditas,quæ defertur ex senatuscon.quare non tollitur per capitis diminutionem,sed illa,quæ per l.12.tabu.sic.*

1 §.Capitis. Quæ est rō,†quòd hæreditas, quæ defertur ex senatuscon.non perit capitis dimin.sed ea,quæ defertur ex lege 12.tab.sic?Rōnem reddit tex.in l.tutelas.supra đ cap.dim.quia per senatuscon.defertur hæreditas per noīa naturalia:sed per cap.diminu.non tollitur nomen naturale , quia nihilominus remanet mater,vel filius:sed per l.12.tab.defertur hęreditas per nomina iuris,vt suis,& agnatis,sed per cap. diminu. desinit quis esse suus,& agnatus , ideo tollitur per capitis diminutionem,quod not.

1 *Exclusus ab hæreditate per beneficium restit.in integ.licèt remaneat hæres de iure ciuili,tamen non impedit,quin alius sit hæres de iure ciuili.*

a §.Si quis adita. [a]De hoc § feci pluries magnum festum,
1 in quo habes , † quòd ille , qui per restitu.in integ.excluditur ab hæreditate,licèt de iure ciuili hæres remaneat,tamen non impedit, quin alius possit hæres esse de iure ciuili,vt dixi in l.j.§.post suos.s̄.ti.j.& hic est casus pro op. glo.in l.qui se patris.C.vnde lib.¶ Opp.glo.de l.fin.de suc.edic. Sol.vt ibi.

ADDITIO.

a ¶Si quis adita.Adde bar in rub.C.de suc.edi.& in l,ex contractu,de re iud.vbi latius & in l.j.in vlt.q.prin.de vul.& pup.

1 *Exceptio præscriptionis impedit litis ingressum.*

2 *Clausula,vt hoc locum habeat in præteritis,præsentibus,& futuris, quid operetur.*

Statutum,quòd filia non succedat extantibus masculis , & habeat locum in præteritis,& futuris,quod non habet locum in filia , quæ cum fratre diuisa erat.

a §.Quod ait senatus. [a]Hic est no.§.hic videt † tex.
1 φ exceptio præscriptionis ē exceptio rei finitæ,& sic impedit lit.conte.Simile habes in l. trāsacta.ȷ̄.de verb.sig.& l.cum quærebat.§.j.ȷ̄ iud.sol.Item aduerte
2 †ad id,quod dico in l.omnes populi.vbi dicebam φ prædicta locum habeant in præteritis,& futuris.Ista verba, in præteritis,intelligi debent,in præteritis [b]præcedentibus,non finitis,l.causas.
b C.de transa.& in Auth.vt cum de ap.cog.in prin. Nam finita dicuntur finita pacto,transactione,vel quouis alio modo , vt hic,
c ll.alle.& habui quæst.[c]in his terminis,dicit statutum,quòd filia non succedat extantibus filiis masculis, & hoc habet locum in præteritis, & futuris:modo quædam filia cum fratre diuiserat, querebatur,an in ea locum habeat statutum? Dixi, quòd non, quia illa causa erat iam decisa in diuisione.

ADDITIONES.

a Barb,¶Quod ait senatus.Et vide bar.vbi ponit decem,quæ impediunt litē contestari,in l.post quam liti,C.de pac.Io.and.in add.in tit.de exec.sen.propè fi.bar.in l.& si instrumenta.C.de fi.inst.li.x.& vide bal.in l.leges,C.de leg.& fin.dictum bar.in l.cū lex, s̄.de le.quod no.per Cano.in c.fi.de consti.Bart.in l.illicitas,in prin.de offi.præsid. Pom.¶ Vide Fel.in rubr.de præscr.verb.illis casibus,in eo.§.versi.ista verba.in prin. vide Fel.in c.fi.de const.Fede.cons.166.& cons.183.

b ¶In præteritis.Exceptio presumptionis impedit litis ingressum, Adde Bart.in l.fi.ȷ̄. pro suo,& quod ibi dixi.

c ¶Habui quæstio.No.quòd statutum,quod loquitur de præteritis,loquitur etiam de futuris,adde latius bar.in l.omnes populi,in 5.q.prin.de iust.& iur..

LEX II.

Siue ingenua. No. tex.in §.sed si filius.versi. sed & si libera,quæro,nonne vr̄,φ redacta ī seruitutem desinat esse mater,licèt manumittatur, vt s̄.prox.§. Rn̄. isto tpe,quo peperit,fuit serua,merito si fuit manumissa , status eius augmētatur,& redit ad statum,quod erat tpe natiuitatis,iō remanet mater.sed s̄.prox.§.nunquam redit ad eum statum, qui erat tempore natiuitatis,ideo mater non remansit.

§ Liberi. Supra dixit, φ mater admittitur ad successionem filiorum,hic vero ponit,an filij filiorum matrem excludant,vsque ad §.obiicitur.ibi ponit,an pater matrem excludat, vsque ad §. si mater non petierit. ibi, an mater excludatur ex eo,quòd filiis tutorem non petiit.vsque ad fi.legis.

1 *Statutum,φ filiis fœmina non succedat extantibus liberis,intelligitur extantibus filiis,qui patri possint succedere.*

a §.Sed si sint sui. No φ † si statutum dicit,φ filia fœmina
1 non succedat extantibus liberis, intelligitur extantibus filiis,qui succedant patri.Casus est hic, concor. l.siue.§.fi.de iure pa.& l.& si ex modica.§.si filius.de bon.lib.& l.j.§. quidam filium.s̄.de bo.pos.contratab.Sed contra hoc videtur,φ imo isti debeant excludere matrem,si potuerunt succedere,licet non succedant,l.filiusfamilias.§.cum quis.& ibi no.s̄.de le.j.Sol.vt ibi dixi in d.l.j.§.quidam filium.s̄.de bo.pos.contratab.

ADDITIO.

